This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

Stanford University Libraries
3 6105 012 139 098

801
P88 A3
v.2

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493

All books may be recalled after 7 days

DATE DUE

JUN 15 1998 - LL
JUN 22 1998

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

PUBLICATIONS DE LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE DU VEXIN

CARTULAIRE
DE
L'ABBAYE DE SAINT-MARTIN
DE
PONTOISE

PUBLIÉ D'APRÈS LES DOCUMENTS INÉDITS

Par J. DEPOIN

Secrétaire général de la Société Historique du Vexin
Administrateur de la Société Historique de Corbeil
Membre de la Commission des Antiquités et des Arts de Seine-et-Oise
Officier d'Académie

DEUXIÈME FASCICULE

PONTOISE

Aux bureaux de la Société Historique

1896


DC 801
P88 A3
K9

DC 801
P88A3
V.2

DC
S-01
P85 A3
U2

CXXXVIII-CXLVI

Actes attribués par Dom Estiennot au gouvernement de Guillaume II de Mello.

(1147-1161)

CXXXVIII. — Cum Radulpho de Moncellis (282) milite, Yvonis que filio, ipsiusque uxore Gila, pro furno quodam apud *Moncellos* paciscitur. Conditiones pacti referuntur in Carthulario (Cap. 179).

CXXXIX. — Albertum de Valle Engelgardis (107) cognomento Harpinum qui injustè decimam de *Maceriis* (412) quam Hilduinus pater Willelmi de Boörnel (39) monasterio largitus fuerat, monet; injustum eum esse detentorem convincit; cedere cogit Willelmus abbas coram Herberto de Sancto Andrea, Galterio et Garnerio de Brienzon (121), Galterio de Brechercurt (118), Fulcoido de Labevilla (320), Galterio de Froolcurt (33), Gauterio de Marcheil (134), Drogone d'Ivry (269), aliisque bene multis (Cap. 177).

CXL. — Hodierna de Oeny (112) quinque denarios censûs quâdam de terrâ, monasterio legat, ex charitate Sancti Walterii Willelmus abbas dat ei quinque solidos, coram testibus Wiardo de Baiart, Theoudo de Oeni, et Turge de Sancto Martino (Cap. 192).

CXLI. — Censum *Clausi Hugonis* ab Haymerico de Beriecclesia (94) cœnobio concessum, et ab ipsius filio Drogone retentum, mediante pacto monasterio vendicat (Cap. 184).

(412) Mézières, comm. de Vallangoujard, cant. de l'Isle-Adam.

Le Cartulaire de St Leu d'Esserent, transcrit dans la collection Baluze, contient au sujet d'*Aubert Harpin* et de son gendre *Hugues Bouvier* un document où figure l'abbé Guillaume II. « Præsentibus et futuris innotescere duximus dignum quoniam Hugo Boverius de *Pontesia* dedit et concessit in elemosina domno Ademaro priori *Sti Lupi de Escerento* et monachis quatenus quicquid necesse fuerit ad opus suum et ecclesiæ suæ ducant et reducant per aquam Pontesiæ absque ulla consuetudine vel solutione ripacii.

Hoc donum fecit Hugo apud Pontesiam in præsentia Dni Willelmi abbatis et eorum qui secum assistebant. Precatus est Abbatem quatenus de hac elemosina chartam fieri faceret, et suo proprio confirmaret sigillo, ne forte ab aliquo cassaretur in posterum.

Postea vero contigit sepedictus Hugo orationum gratiâ, proficisci ad *Stum Lupum* cum uxore sua Odelina, et cum patre uxoris suæ Alberto qui cognominabatur Harpinus. Precati sunt eos D. Ademarus prior et monachi quatenus elemosinam recognoscerent... quod gratanter fecerunt... audientibus Petro Aculeo, Radulfo de Praeriis, Lamberto preposito... Hugo habuit ibi de karitate S. Lupi v solidos et unum cultellum. (Coll. Baluze t. XLVI, fol. 91).

Le prieur Aimar I commença à gouverner en 1138, comme le prouve une charte d'Anseau de l'Isle-Adam donnée en 1149, la 11e année de ce prieur. (Id. fol. 89).

CXLII. — Osmundus de Charz (47) et Eremburgis uxor ipsius ad *Sanctum Walterium* orare venientes, completâ oratione et de salute animarum suarum consultatione habitâ, medietatem tertiæ partis decimæ de *Grisy* (159) monasterio *Sti Martini* largiuntur, coram testibus Raynaudo de Gornaio, Herberto de Merloto (396), Odone fratre ejus et aliis (Cap. 195).

CXLIII. — Henricus de Lex (46) et Richildis uxor ejus, orationum gratia ad *Sanctum Jacobum* profecturi, cœnobio *Pontesiensi* legant duos arpennos terræ in *Valle Gaudiaci* (185) et nemus quod calumpniabant (id est, quod suum esse præsumabant, et de quo lis erat mota). — (Cap. 187).

CXLIV. — Guiburgis uxor Girelmi Lanarii, census et alia quædam monachis concedit (Cap. 190).

CXLV. — Paciscitur abbas Willelmus cum Gaufredo de Auvers (155) de terris, pratis, aliisque quæ juris erant cœnobii sui (Cap. 193).

CXLVI. — Hildeburgis, Gauterii de Puteolis (27) cognomento Orieldis (413) uxor, plurima monasterio legat (Cap. 197).

(Analyses. D. Estiennot, lib. I, cap. x).

CXLVII

Le Pape Alexandre III approuve l'élection de l'abbé Lécelin, contestée par les moines de Cluny.

(1161)

Eo tempore Fratres *Pontisaræ* adstabant apostolicæ curiæ (*), interpellati a *Cluniacensibus*, eo quod vel Guillelmum quondam abbatem suum *Vizeliacensibus* illis inconsultis dimiserint, vel alium ei substituerint; sed defecerunt *Cluniacenses* a causâ suâ, nec etiam præsentare se ad diem præsumserunt. Unde Fratres monasterii *Pontisarensis* absoluti a Romano Pontifice cum libertate suâ remearunt ad propria. Quorum abbas Lecelinus *Vizeliacum* interim degebat, et rei exitum ibidem exspectabat. Præ nimiâ quippe arrogantiâ dedignati sunt illum *Cluniacenses* in causam trahere, sed Fratres ejus tantum, quasi acephalos provocaverunt : de monachis tantum, non de Abbate, quasi non esset abbas, conquerentes, ideo consequenter Fratrum, et non abbatis audientiam Alexander Papa expetiit; sed quia non fuit Sathan neque occursus malus, probatam *Ponti-*

(413) Ce *Gautier* était apparemment un descendant de Foulques, doyen d'Evreux, et d'Orieldis (Ord. Vit. lib. v) dont un des huit enfants s'appela précisément Gautier. V. notes 210 et 223.

(*) A Sens, où était le pape Alexandre.

sarensis monasterii libertatem favore omnium cardinalium confirmavit. Convenerunt itaque *Altissiodorum* GUILLELMUS abbas *Vizeliacensis* et LECELINUS abbas *Pontisarensis*, atque abbas monasterii *Sti Joannis de Pratis*, cum multis aliis fratribus et amicis monasterii *Vizeliacensis*; quibus etiam occurrerunt Legati apostolici.

(*Chronicon Vizeliacense*, ad an. 1161, ap. D. Luc d'Achery, *Spicileg.*, t. III, p. 591).

CXLVIII

L'Archevêque Hugues de Rouen écrit au Roi au sujet de la prétention des moines de Cluny.

(1161)

Domino suo carissimo LUDOVICO Dei gratia illustri Francorum Regi, H. suus et *Rothomagensis* archiepiscopus salutem, honorem et prosperitatem. Abbatia *Sti Martini de Pontisara* a principio suæ fondationis post Dominationis vestræ Principatum ad *Rothomagensem* ecclesiam et ad ejus archiepiscopum pertinet singulariter in abbatis electione et consecratione et in omni alio jure.

Nunc autem monachi *Cluniacenses* nescio qua nova adinventione eam sibi in subjectionem vendicari nituntur. Unde Vestræ Regiæ Sublimitati humiliter supplicamus, quatinus eandem ecclesiam, quæ vestra est, in sua libertate conservari præcipiatis, in ea videlicet quâ nos tenuimus et prædecessores nostri tempore vestro et vestrorum antecessorum.

Conservet vobis Deus vitam et salutem per tempora longa.

(*Historiæ Francorum scriptores*, opera Francisci Duchesne, Paris, 1641, in-4°, t. IV, p. 639).

CXLIX

Ascelin Avolet donne à St Martin la moitié de ses terres de Saint Prix.

(Entre 1161 et 1175)

ASCELINUS AVOLET reddidit se Deo et S. M. P. ut monachus efficeretur. Dedit autem monachis ejusdem loci, priusquam moreretur, in eleemosina medietatem terrarum suarum de *Turno* (90) quas emit ab HERBERTO REVELLO, eo tenore quod monachi statim haberent partem quartam et post decessum MATHILDIS uxoris suæ totam medietatem. Hanc eleemosinam concessit ibidem MATHILDIS, et postea redeunte abbate LECELINO cum monachis pluribus de *Turno*, recognovit et iterum concessit præfatam terram, audiente presbytero suo domno HAVINO. Item cum infirmaretur, quando inuncta est, assistente

Dno Nicolao presbytero de *Turno*, et Raynaudo capellano *Sti Lupi* (290) qui eam inunxit, recognovit præfatam eleemosinam et confirmavit, ut ecclesia S. M. in perpetuum eam haberet. Hæc ita recognoverunt et testificati sunt in *ecclesia Sti Lupi* Dnus Havinus presbiter *Sti Lupi*, Dnus Nicolaus presbyter de *Turno*, Gauterius Asvolez nepos Ascelini; audientibus his: Roberto priore *Sti Martini*, Theoboudo sacrista, Johanne priore de *Taverny*. Testes: Ernaudus de Taverny, Mathæus clericus, Elinandus clericus, Radulphus de Turno, Dinetus de Bu, Lanfredus frater Guidonis majoris, Richardus filius Albredis, Andræas prædicator, Bernerius clericus.

(Ex Cart. in fine, cap. 213. D. Estiennot, l. III, vi, 15).

CL

Bail d'un four à Pontoise, par l'abbé Lécelin.

(Entre 1161 et 1175)

Lecelinus Dei gr. cœnobii *Pontesiensis* abbas, totusque ejusdem loci conventus, universis ad quos littere iste pervenirent salutem.

Varia rerum transeuntium vicissitudine, convenimus scripta tradere quod ad posterorum notitiam volumus pervenire. Ea propter per præsentia scripta o. t. p. q. f. n. f. dedisse nos ad pensionem Frumentino et heredi suo furnum nostrum quod situm est in *Burgo*, et domum quam Hugo præpositus (63) moriens pro animæ suæ salute nobis contulerat. Investivimus itaque eum et hæredem ejus tali conditione:

Tribus itaque terminis solvet nobis de pensione lx sol. ad octabas S^i^ Martini xx, ad octabas Purificationis Sancte Marie xx, ad octabas Pentecostes xx. Quod si ipse vel heres ejus furnum et domum non poterint tenere ea valitudine qua suscepit, nobis restituet. Sciendum preterea quod prefatus Frumentinus aut heres ipsius reddet nobis iv den. census, quos nos Regi pro eadem domo reddemus. Verumptamen si Rex talliam super domum fecerit, precibus apud Regem si poterimus, sive nostro costamento eum juvabimus.

Testes hujus rei: Matheus Bufez, Robertus Cambellanus, David Faber, Willelmus Sine Terra, Randuinus Malabuca, Arnulfus de Mala Assessione, Radulphus Caperon, Henricus gener Frumentini, [Odo filius Balduini, Radulfus Dionisino, Hubertus Tornator, Garnerus Bresa, Hubertus Amirauz.]

(Grand sc. ovale de St Martin. Sigillum Sancti [Martini Pon]tisariensis. Pas de contre sceau. Orig. carton Demay. D. Estiennot, l. III, vi, 4. Les passages entre guillemets sont omis dans la transcription de D. Estiennot faite cependant sur l'original).

CLI

Enguerran Aiguillon de Trie confirme tous les dons de ses ancêtres à St Martin.

(Entre 1161 et 1175)

Quoniam in multis offendimus omnes, et ad dignos penitentie fructus faciendos hinc mundus in maligno positus quem nimis amplectimur, indè nostra nobis quam plurimum obsistit negligentia, bonorum iccirco virorum suffragia debemus ardenter expetere, ut, quam propriis meritis non valemus, orationibus ipsorum et patrociniis nostrarum obtineamus salutem animarum. Proindè ego INGELRAMNUS ACULEIUS (372) filius Domni WILLELMI ACULEI DE TREIA, antecessorum meorum vestigia sequens qui monasterio *S. Martini Pontisariensis* plurima pro suis animabus contulere beneficia, præfatum monasterium et monachos ibidem Deo servientes tota virtute diligere, totis viribus honorare decrevi et proposui ampliare. Ut autem hoc propositum certus et efficax sequetur effectus, eidem monasteri et abbati et monachis ejusdem loci pro mea et omnium antecessorum meorum et amicorum viventium salute in perpetuam dono eleemosinam xx sol. *Parisiensis* monete ad monachorum propria indumenta, reddendos de redditu furni mei de *Pontesia*, in quo etiam furno habent ipsi singulis similiter annis alios xx solidos de eleemosina Domne MARGARITE matris mee ad ipsius anniversarium. Verum ne presentium aliquis seu futurorum, prefatum monasterium super eleemosinis ab antecessoribus meis et a me sibi collatis deinceps aliquando usu temerario perturbare aut aliquâ de causâ vexare præsumat, omnes eas ubicumque sint tam de dominio quam de feodo in presenti charta tam diligenter annotari, ipsamque chartam sigillo meo muniri et corroborari precipi, quatenus ipsa et easdem eleemosinas patenter universis exponat, et in munimentum perpetue stabilitatis in posterum ecclesie et monachis semper existat.

Concedo itaque eis et confirmo quandam decimam apud *S^tum Audoenum* (31) et hospites de *Maldestor* juxta *Pontesiam* que a multis retroactis temporibus possident ex elemosina predecessorum meorum. De eleemosina vero Dni WILLELMI patris mei apud *Pontesiam* medietatem cujusdam molendini quod erat inter ipsum et Dnum HUGONEM TYRELLUM (321) et justitiam ipsius molendini que ad eum spectabat, et totam justitiam hospitum supradictorum de *Maldestor*; que omnia dedit eis pater meus antequam proficisceretur in *Jerusalem*. De eleemosina matris meæ supradictos xx solidos in furno meo, ut dictum est, cum aliis xx solidis quos ibidem dedit ecclesie. De eleemosina Dni RADULFI VALLETH ecclesiam et decimam de *Jerincuria* (367) et unum hospitem et tres denarios census in quandam terra; que omnia erant de feodo meo. Capellam quoque de *Linvilers* (125) quam

idem RADULFUS dedit de feodo meo. Vigilanti animo percipiant omnes me statuisse quatenus hi viginti solidi quos ego dono, annuatim reddantur ad festum *Sti Remigii*. Et quoniam abbas et monachi concesserunt mihi mariscum suum quod habebant sub *Marcomonte* (167) ad faciendum vivarium, in perpetuam eis dono eleemosinam omnem decimam molendini ejusdem vivarii et omnem decimam anguillarum que capientur de ipso vivario. Quando ego INGELRAMNUS ACULEIUS investivi Dnum LECELINUM abbatem et ecclesiam de his omnibus supradictis affuerunt hi testes (*): Abbas de *Marcasio Radulfi* (408), Ivo canonicus ejus, ROBERTUS prior cenobii *Pontesiensis*, ROBERTUS prior de *Marcomonte*, Domnus GALO DE CALVOMONTE, ROBERTUS DE FLAVARCURTH (414), Magister GAUTERIUS DE DROOLCURTH (415), ROBERTUS præpositus de FRESNIS (400), GUILLELMUS de LONCUNVILLA (416).

(Orig. cart. 2. — D. Estiennot, I. III, VI, 3. Sigillum præfatum *de Treja* equo insidentem, gladio districto hostes persequentem, armatumque exhibet. Stemma gentilitium haud reperire potui. (D. E.). — Le sceau indiqué par D. Estiennot est perdu.)

CLII

Lucie d'Hérouville et son frère Eudes donnent à St Martin une partie de la dîme de ce village.

(Entre 1161 et 1175)

Notum sit universis quod LUCIA soror ODONIS DE HERUVILLA (9) filia VAUTERII et ADELVIDÆ, petiit MARIAM DE VALLE ENGELGARDIS (107) ut sibi concederet quidquid sibi in decimâ de *Heruvillâ* a paterno jure succedebat, liberè et quietè possidere... Quod libenter supradicta MARIA concessit, de cujus feodo eandem decimam tenebat, coram his testibus : PAGANO DE BEHERVILLA, qui HUGO dicitur, THOMA DE VALLE ENGELGARDIS, GUILLELMO TERRICO DE UMBLEVILLA (192), ARNULFO DE BEHERVILLA (306), LONGERIO DE BEHERVILLA, HUGONE.

Hanc decimam concessit monachis *Sti Martini Pontesiensis* ipsa LUCIA et

(414) Flavacourt, cant. du Coudray-St-Germer (Oise).
(415) Drocourt, cant. de Limay.
(416) Loconville, cant. de Chaumont-en-Vexin (Oise).
(*) Presque toutes ces souscriptions se retrouvent, en même ordre, dans une charte de 1175, *infrà*, n° CLXXV.

maritus ejus, Hugo nomine. Sciendum autem quod Odo frater Luciæ reddidit se Deo et abbati et monachis S. M. P. et dedit similiter in eleemosina eandem partem quam in decimâ habebat, id est unum modium bladi et unam minam leguminis singulis annis, et sex denarios censûs quos debet Drogo Potins (120) de terrâ quâdam. Hos sex denarios concessit Dnus Amalricus de Fresniaus (417); Odo quoque sororius præfati Odonis et uxor ejus concesserunt eos et hujus posuerunt concessionis donum super altare *Sti Martini*, assistente ibi Dno Theobaldo de Gisortio cum militibus et servientibus suis, simulque presente conventu et servientibus monasterii. Concessit similiter hoc Odelina uxor Odonis, venerunt que *Pontisaræ* et imposuerunt donum in manu Dni Lecelini abbatis.... et super altare, coram testibus his : Garnerio de Molendinis, Almarrico filio Yvonis de Valdry, Gaszone de Puteo... Laurentio filio Odonis de Monchauvet, etc... Habuit autem Odelina fæmina Odonis, de karitate ecclesiæ, undecim solidos ad emendum pellicium ; Hugo vero maritus Luciæ, quatuor solidos ad emendam tunicam.

(Ex Cart. in fine, cap. 204. D. Estiennot, l. III, vi, 13).

CLIII

Retrude de Grisy se donne au Monastère.

(Entre 1161 et 1175)

Quædam femina de *Grisy* (159), Retrudis nomine (418), veniens in capitulum *Sti Martini* cœnobii *Pontesiensis* reddidit se Deo et Sto Martino et Abbati monachisque, et dedit eidem ecclesiæ pro suâ et o. a. s. animabus domum suam quam habebat apud *Grisy* et IV^er^ arpennos terræ qui sunt inter *Grisy* et *Cormelias* (308), quos tenebat de Domno Garnerio de Fontinellis (374), ad IV^er^ denariorum censum. Inde testes Giroudus presbyter de *Grisy*, Herbertus de *Cormeliis*, Haymardus de *Umblevilla*, etc.

(Ex Cart. in fine. D. Estiennot, l. III, iv, 7.)

(417) Fresneaux-Montchevreuil, cant. de Méru (Oise).

(418) Retrudis se devovens monasterio dat domum suam, etc. Exemplum hujusce professionis vitæ monasticæ in habitu seculari habes in Hildeburge, aliisque quorum vota infra referemus. — Manebant dictæ feminæ intra septa monasterii, suppeditabat eis monasterium victum et vestitum. In Xenodochio juxta monasterium ab Hildeburge constructa manebant (*D. E.*)

Cette donation n'est pas comprise dans la confirmation générale des biens de l'abbaye par Alexandre III en 1160 ; elle est donc postérieure à cette date.

CLIV

Bail à métayage des biens de Retrude.

(Entre 1161 et 1175)

Quædam femina de Grisy, *Retrudis* nomine, dedit Deo et ecclesia *S. M.* IV arpennos terræ qui sunt inter *Grisy* et *Cormelias* de territorio earumdem *Cormeliarum*. Hanc terram dedit Dnus abbas LECELINUS, ALELMO DE BRUERIA et hæredi ejus ad medietatem, jure hæreditario, ea conditione quod ipse ALELMUS et hæres ejus terram ipsam arabit, marlabit et seminabit de suo blado legitimo et monachi *S. M.* habebunt medietatem totius bladi; et quando bladus in area fuerit excussus, ipse ALELMUS ducet partem monachorum ad abbatiam vel ubi ipsi voluerint. Monachi vero reddent Domino GARNERIO DE FONTINELLIS IV denarios censûs qui debentur ei pro eâdem terrâ, et præfatus ALELMUS vel hæres ejus reddet monachis de eodem censu duos denarios. Sciendum vero quod hæc terra ab hæredibus ALELMI numquam dividetur, seu partietur, sed ille qui domum ejus et masuram de *Cormeliis* tenebit, ipse semper medietariam terræ habebit, et faciet monachis fidelitatem suam sacramento, et ducet eisdem partem suam vel bladi vel iarbarum (*sic*) ubi ipsi voluerint. Horum omnium testes sunt hii: HAYMARDUS presbyter de *Cormeliis*, Aszo de *Buxiaco*, RAYNERIUS filius ALELMI DE BRUERIA, GISLEBERTUS DE RICHERON, GODARDUS DE RUA, THEBOUDUS SINE BARBA, GUILLELMUS et ARNOUDUS frater ejus, GARNERIUS MORELLUS, ERNOUDUS DE FONTE, etc...

(Ex Cart. in fine, cap. 208. D. Estiennot, l. III, VI, 11.)

CLV

Sire Gautier de Valmondois, pour s'exonérer du vœu de croisade, donne à St Martin une rente que lui payait le Roi pour une écluse située dans ses domaines.

(Entre 1164 et 1169)

Sciant omnes t. p. q. f. Domnum VAULTERIUM DE VALMONDEIS (330) aliquando Crucem accepisse ut iret in *Jherusalem*, sed postea contigit propter impedimenta quædam quæ sibi contigerunt, propositum iter nullomodo exsequi potuerit, ideoque multum precatus est quemdam monachum *S. Martini* cœnobii *Pontesiensis*, ut sibi et istius propositi absolutionem et remanendi licentiam quæreret ab archiepiscopo *Rotomagensi*. Idem vero monachus, ROBERTUS

nomine, precibus ipsius adquiescens, locutus est super hac re cum decano de *Mellento* ELINANDO scilicet, qui domno ROTROLDO tunc temporis *Rothomagensis* archiepiscopo (419) admodum familiaris erat, simulque ipsum exoravit ut rem archiepiscopo innotescens, domino VAUTERIO voti sui absolutionem ab eo precibus impetraret. Decanus autem cum hæc omnia archiepiscopo innotuisset, respondit archiepiscopus petitionem quidem grandem esse, verumptamen magnitudinem impedimentorum Dni VAUTERII misericorditer attendens, dixit eâ se conditione remanendi ei licentiam indulgere, quod idem domnus VAUTERIUS pauperibus monachis cœnobii *Pontesiensis* aliquod beneficium impenderet, ut et ipso pro suorum remissione peccatorum Dominum precarentur. Cumque hæc domino VAUTERIO relata fuissent a decano, gavisus est plurimum, consilioque ab uxore suâ et à suis accepto, dedit Deo et *Sto Martino*... unum sextarium avenæ quem ei Rex *Francorum* debebat singulis annis de redditu pro quâdam Sclusâ quæ est apud *Valmondeis* in terrâ Domni VAUTERII, et est necessaria molendino Regis. Dedit etiam cum sextario avenæ præfatis monachis octo denarios censûs quos ei debebant iidem monachi de quodam suo prato quod habent apud *Butery* (309). Hæc omnia voluerunt et concesserunt apud *Valmondeis* Dna BASILIA uxor Dni VAUTERII, et filii eorum PHILIPPUS et ADAM, simulque filiæ ADDA et MARIA, assistente ibidem ELINANDO decano coram domo Dni VAUTERII, et cum eo BERTRANNO presbytero de *Heruvilla* (9) et plurĭbus aliis.

Post hæc die nominatâ venerunt *Pontisaram* ac *Stum Martinum* Dnus VAUTERIUS et uxor ejus Dna BASILIA, adduxerunt que secum filium PHILIPPUM, atque JOHANNEM fratrem Dni VAUTERII; ibique coram Dno abbate LECELINO et coram conventu atque decano, posuerunt donum eleemosinæ supradictæ super altare S. M. hi quatuor, Dnus videlicet VAUTERIUS, Dna BASILIA uxor ejus, filius PHILIPPUS et frater Dni Vauterii JOHANNES.

(Ex Cart. cap. 210. D. Estiennot, I. III, VI, 12).

CLVI

Autre libéralité de Gautier de Valmondois

(Même époque)

Domnus GAUTERIUS DE VAULMONDOIS (330) volente et concedente uxore sua BAZILLA et filio suo PHILIPPO, dedit Deo et ecclesie *Sti Martini cœnobii Pontesiensis* ...unum hospitem apud *Vaulmondois*, HERBERTUM DE BUIRCH qui manet justa domum monachorum. Hunc hospitem cum omnibus redditibus et consuetudinibus quas ipse debet de domo sua et de semi ar-

(419) L'archevêque *Rotrou*, transféré du siège d'Evreux à celui de Rouen, siégea de 1164 à 1183. — Les dons contenus dans cette charte sont compris dans la confirmation des biens de l'abbaye, du 13 février 1170.

pento suo in quo domus sua est, dedit domnus GAUTERIUS liberum et quittum, nulla sibi nec heredi suo retenta in eo consuetudine vel justicia. Habuit que de karitate ecclesie ipse quidem tringinta solidos; uxor vero ejus domna BAZILLA habuit eodem anno pro concessione hujus elemosine eam partem decime lini et camne quam monachi S. M. habent apud *Valmondoiz* et quinque solidos. Hec omnia concesserunt et voluerunt PHILIPPUS et ADAM filii eorum et filie ADA et MARIA apud *Valmondoiz* in domo Domni GAUTERII. Donum elemosine supradicte posuerunt super altare *Ste Marie* in capella apud *Stum Martinum* dominus GAUTERIUS et uxor ejus BAZILLA et filius ejus PHILIPPUS, audientibus et videntibus his ...Ex parte GAUTERII et JOHANNIS fratris ejus: AUVEREDUS et HUGO armiger domni GAUTERII, JOHANNES BRITO DE SEZOR (146), GISLEBERTUS ANGLICUS serviens dicti JOHANNIS fratris domni GAUTERII, ADAM presbiter de *Vaulmondeis*. Ex parte monachorum: Dominus THEOBALDUS DE GISORTIO, PETRUS de sacrista, ASSELINUS DE CELA, GUIARDUS DE JHOUY, GAUTERIUS DE AUVERS. Hec acta sunt apud *Vaulmondois* in domo ipsius domni GAUTERII.

(Copie collationnée du XV^e^ s. Cart. 39).

CLVII

Donation du Champ Dolent, à Valmondois, confirmée par Adam III de l'Isle.

(Même époque)

DNUS ADAM DE VALMONDOIZ dedit Deo et ecclesiæ *S. M. P.*... quandam terram que est apud *Valmondoiz* quæ dicitur *Campus dolens* (420), [retento sibi campiparte sua et terragio]. Post decessum vero ipsius, cum Domnus GAUTERIUS filius ejus patris sui obtinuisset hæreditatem, concessit et confirmavit ecclesie supradictæ donum et eleemosinam terræ *Campi-*

(420) On croit reconnaître le lieu de la défaite essuyée près de Metiosedum par les Gaulois de Camulogène dans un lieu qui a conservé la lugubre appellation de *Champdollent*.

« Le souvenir de la triste journée du 19 mai 1197 a dû rester principalement attaché, dit M. Renet, au lieu où l'évêque, les chevaliers et les communiers de Beauvais avaient été attaqués, pris ou massacrés. Or, sur le territoire de Pierrefitte, à 12 kilomètres de Beauvais, à 3 kilomètres de Milly, vers le pays de Bray, un lieudit porte encore un nom de deuil et de malheur, le nom de *Camp-Dolent*. L'expression était d'un usage fréquent, dans le cours du Moyen-Age, du XI^e^ au XIII^e^ siècle. Ce nom convient à tous les lieux où les victimes d'un combat ont fait entendre leurs derniers gémissements. Il se rencontre d'autres *Champs dolents* sur les territoires de Glatigny, de Wambez et St-Quentin-des-Prés » (Renet, *Milly*, ap. *Mém. de la Soc. Acad. de l'Oise*, t. XIV, p. 263).

En 1359, la garnison anglaise de Creil s'étant rencontrée le long de l'Oise avec le parti français, subit un échec considérable. « Ceux des vaincus qui purent se sauver furent obligés de prendre de longs circuits pour regagner le château. Le nom de *Champ Dolent* fut donné au lieu où se livra ce combat acharné ». (Mathon, *Notice sur Creil*, ap. *Mém. de la Soc. Acad. de l'Oise*, t. IV, p. 600).

dolentis quam pater suus dederat. Insuper concesserunt et confirmaverunt ipse et frater suus JOHANNES cum hâc eleemosinâ omnes alias eleemosinas ubicumque sint quas dederant ecclesiæ et monachis pater suus Domnus ADAM et frater suus PHILIPPUS [Habuerunt que de caritate S. Martini LXXV sol. p. de quibus habuit D. GAUTERIUS XXX s. et JOHANNES XLV. Et parte GAUTERII et JOHANNIS] testes : AUVERRDUS et HUGO armigeri Dni GAUTERII, JOHANNES BRITO de *Seȝor*, [GISLEBERTUS anglicus serviens JOHANNIS.] Ex parte monachorum : Dnus THEOBALDUS DE GISORTIO (*), Dnus DROGO DE S^to^ CYRO, miles ejus ; THEOBAUDUS præpositus de *Charȝ*, GUIARDUS, GARNERIUS et RICHARDUS ACULEI, ALELMUS DE CELLA et PETRUS frater ejus, ALELMUS DE BUXY sororius ALELMI DE CELLA, RADULPHUS DE CAPELLA, quadrigarius abbatis, GISLEBERTUS DE AULA, GUILLELMUS DE NUUILLY, PETRUS de Sacristaria (*).

Posteà die condicto, monachi *Sti Martini* ierunt ad *Valmondeis*, ibique præsente Domno GAUTERIO, concesserunt [omnia supra dicta in domo GAUTERII] Domna BASILIA uxor ejus et filii ejus PHILIPPUS et ADAM, [simulque filia MARIA.] Testes : [ROBERTUS prior, JOHANNES MAGNUS], GAUFFRIDUS DE RONKEROLLIS (176), [HAIMARDUS, RAIMONDUS præpositus, hii omnes monachi ; ADAM presbyter de *Valmondois*, ANSELINUS DE CELA], GUIARDUS DE JHOI, GAUTERIUS DE AUVERS.

His ita gestis [Dnus] GAUTERIUS crucem accipiens *Iherosolimitanum* arripuit iter. [Placuit ei aliquod beneficium in eleemosinam impendere ecclesiæ *S. Martini* sicut sui fecerant antecessores. Dederunt itaque, tam ipsa quam] uxor ejus [BASILIA et PHILIPPUS filius eorum, concedente JOHANNE frater suo] omnem campipartem et terragium cum omni jure quod habebant in *Campo dolente* apud *Valmondoiȝ*, posueruntque donum super altare *S^ti^ Martini* audientibus et videntibus his : Dno THEOBAUDO DE GISORTIO, DROGONE DE S^o^ CYRO milite ejus, Dno GAUFREDO DE S^to^ ANDREA, GARNERIO DE ACULEIO, servientes præfati THEOBAUDI, THEOBAUDO DE MALDESTOR, Dno HUGONE et THEOBALDO filiis ejusdem THEOBAUDI, GUILLELMO clerico filio DROGONIS DE MELLENTO, [LIGERIO molendinario, PETRO et REGINALDO famulis abbatis.] Pepigit etiam Dnus GAUTHRIUS [audientibus prefatis testibus] quod hanc eleemosinam faceret concedere Domnum ADAM DE INSULA, de cujus feodo est terra ipsa, quod et fecit. Concessit enim hanc eleemosinam ipse ADAM et Domna ADALAIDIS uxor ejus, [deditque se ipsum fidejussorem monachis quod hanc eleemosinam eos faciet in pace tenere.,.... Acta sunt hæc apud *Insulam* ante domum RADULPHI MINUTI, audientibus et videntibus his.... ODO capellanus DE INSULA, Magister GEROUDUS, RADULPHUS miles DE VERNOGILO, PHILIPPUS APER miles, ODDO PARMENTARIUS, ROBERTUS DE CERONS.] [Post hec perrexit] ROBERTUS prior cum fratre ROBERTO DE RESONS ad [quandam villam quæ dicitur] *Attogilum* [gallici *Autoil* (421) qui est] versus *Belvacum* ibique concessit omnia supradicta

(421) Auteuil, cant. d'Auneuil (Oise).

(*) Tous ces noms, jusqu'à celui du sacristain Pierre, sont omis dans la copie des Archives et nous ont été conservés dans celle de D. E.

una filiarum Dni Gauterii, Ada nomine, assistente ibidem, idque jubente coram monasterio matre sua. [Adherat eciam ibique ludebat tota pene gens istius ville]. Testes Dnus Oddo de Harmis (422), Joannes de Forest cognatus Dni Oddonis, Simon de Attogilo, Radulphus de Sesnencurt (423), Johannes de Valle, Ancelinus de Attogilo, Menfredus de Attogilo.

Iterum hanc donationem confirmavit Adam filius Dni Gauterii et Maria filia ipsius apud *Valmondoiz*, ante domum Domni Gauterii sub *ulmo majori* [assistentibus ibi et videntibus his testibus. Testes Adam presbyter de *Valmondoiz*, Raynardus famulus abbatis; Theobaldus de Plancha, Hugo, servientes domni Gauterii; Radulphus de Pontissara, Theobaldus Roolins, Sanson Rotruenge de *Normania*, Dnus Drogo de Sto Cyro, Theobaldus, Alolinus de Cella et Petrus frater ejus, Theobaldus de Maudestor (325), Gaufridus de Midresel armiger Domni Ade, Menfredus de Altogilo, Herbertus de Monasterio de *Jouy* (185), Guillermus filius Domni Drogonis de Mellento.

(Copie non authentique du XV^e^ siècle, Cart. 39. — D. Estiennot, l. III, iv, 6, ex Cart. in fine. — Les passages entre parenthèses sont omis par D. E.)

CLVIII

Obsèques à St Martin de Jehan de Cergy, neveu de Girard III de Vallangoujard.

(Après 1165)

Ea die qua Joannes filius Dni Joannis de Cergiaco (26) et Dne Hadvidis (424) sororis Dni Girardi de Valle Engelgardis sepultus est apud *S. Martinum* in capitulo cœnobii *Pontesiensis*, interfuerunt exequiis ejus mater ipsius prædicta Hadvidis et Girardus filius ejus, frater defuncti, et Agnes uxor Dni Drogonis Corseintz soror defuncti, et Dnus Gauterius filius Dni Girardi de Valle Engelgardis, jam miles, et Guillelmus frater ejus, cognati germani defuncti.

(Ex chartulario S. Martini Pontisarensis. Extrait. Coll. Baluze, t. lv, fol. 520).

(422) Hermes, cant. de Noailles (Oise).

(423) Sénancourt, comm. de Cahaignes, cant. d'Ecos (Eure).

(424) *Hadvide* était remariée à *Ives d'Hédouville* dès 1152. La pièce en question nous paraît postérieure à la mort de son second mari qui eût apparemment assisté aux obsèques. Dans une charte de Mathieu II, comte de Beaumont (A. N. LL 1541 fol. 22), datée de 1165, figurent *Gautier* et *Guillaume*, frères de *Thibaut II de Vallangoujard*. Le premier fut depuis seigneur de Berville, le second d'Ibouvilliers (V. de Manneville, *De l'état des terres et des personnes dans la paroisse*

CLIX

Accord entre Chelles et St Martin.

(1167)

In nomine... Ego Helvidis Dei gratia Abbatissa de *Chelâ* et totus ejusdem loci Sanctimonialium conventus, notum esse volumus omnibus hominibus nos communi assensu et voluntate capituli nostri adcensivisse abbati et monachis *Sti Martini de Pontesia* pastum quem nobis debebant singulis annis de terris quas de nobis et de nostra tenent ecclesia. Solvebant siquidem nobis olim octodecim solidos census ad octabas S[i] Dionysii de illis terris que pastum debent, et ipsi accreverunt nobis ad censum istum pro pastu tertium denarium, id est novem solidos, qui simul juncti cum predictis fiunt viginti septem. Debebant etiam nobis de aliis terris que non sunt de pastu, tres solidos census quos per plures anni festivitates nobis reddebant. Placuit vero nobis, et ipsi gratanter idipsum voluerunt, istos tres solidos cum aliis viginti septem mittere ad octabas. Solvunt itaque nobis singulis annis ad octabas S[i] Dionysii xxx sol. censûs tam de pastu quam de terris quas de nobis tenent. Statuimus etiam et hoc quatenus omnis census quem nobis amodo supra hos xxx s. debebunt, quando cumque terminus solutionis ejus sit, simul cum his xxx solidis ad jamdictas octabas nobis reddatur. Volumus insuper, et hoc ipsum servientibus nostris de *Wilcasino* precipimus, ut omnes homines qui de Abbate et de monachis tenent terras, de pastu respondeant eis et reddant, quantum ad unumquemque pertinebit, de augmento censu quem nobis faciunt pro pastu.

Actum publice apud *Chelam* (368) in Capitulo *Ste Bathildis*, anno Inc[i] Verbi M° C° LX° VII°, assistentibus ibidem: Amalfrido canonico *Sti Georgii de Chela*, Drogone canonico, Petro capellano abbatisse, Drogone Roole canonico, Petro preposito, Garino de Latigniaco, Godardo Rupiello, Milone Morpein, Gaufredo Roole, Petro Rupiello, Gilberto pistore, Guillelmo Agulant, Alberto filio Balduini prepositi, Guillelmo de Noysiaco.

(Orig. sans sceau, cart. 19. — D. Estiennot, l. III, vi, 10).

d'Amblainville, ap. Mém. de la Soc. Acad. de l'Oise, t. xiii.) Thibaut II étant seul nommé des enfants de Girard III dans la charte de 1152, il est probable que Gautier et Guillaume étaient alors extrêmement jeunes. D'ailleurs, en 1165, Gautier ne prend pas encore le titre de chevalier et Thibaut II est seul marié.

CLX

Nouvelle Bulle confirmative d'Alexandre III.

(13 Février 1170, n. st.)

Alexander servus servorum Dei... dilecto filii suo Lecelino abbati... (*) Locum ipsum in quo prefatum monasterium est... Decimam totam majorem et minutam totius parrochie... excepto uno modio bladi et uno modio vini, uno agno et uno ansere que dantur capellano. In decimis et in eadem ecclesia totam offerendam altaris in quo capellanus cantat, in Natale Domini, in Pascha, in Pentecosten et in festivitate Sti Martini, exceptis denariis quos capellanus habet in unaquaque harum solempnitatum de eodem altari. Nam de ceteris altaribus in his accepit sacerdos, et de cetero medietatem totius redditus presbyterii per annum, triennariorum et dimissorum omnium, exceptis visitationibus quas capellanus habet. *Villam* quoque *Sti Martini* cum omni justitia et minagio et omnibus red. et consuetudinibus ejusdem. Ex dono Ludovici illustris Regis Francorum nundinam trium dierum ad festivitatem Sti Martini in novembri, adeo liberam et quietam, quod mercatores qui ad eam veniunt, nullam omnino consuetudinem neque redditum solverint apud *Pontesiam*, nec ad pontem nec alibi, neque in veniendo, neque in redeundo, nisi vobis tantum et ecclesie vestre.(**) Ecclesiam de *Puteolis* (27) et duas partes majoris decime et tertiam partem minute. Ecclesiam de *Marcomonte* (167), donationem altaris et medietatem totius offerende ipsius ecclesie et totius redditus presbyterii, tricenariorum et dimissorum omnium, exceptis confessionibus et visitationibus et baptisterio que capellanus habet solus, propter quod solvit ipse circadam et synodum; et totam majorem decimam totius parrochie, excepta octava parte quam habent sanctimoniales de *Sancto Paulo*, et exceptis tribus modiis quos habet capellanus, quorum medietas est de blado, et alia medietas de tremense. Terras quoque vestras et hospites et omnia que apud eandem villam et in circuitu ejus habetis.

Ecclesiam *de Banteleuto* (52), duas partes panum et candelarum in Natale Domini et in Pascha et in Purificatione, et totam majorem decimam, excepto quod presbyter habet quatuordecim sextarios bladi et quatuordecim sextarios avene, et de remanenti totam decimam minute quoque tres partes et presbyter habet quar-

(*) Nous ne reproduisons de ce fort long document que les passages différents du texte de la bulle de 1159.

(**) Cette pièce, inconnue de Dom Estiennot, a une très haute importance en ce qu'elle fixe approximativement la date de la création de la Foire de Saint-Martin, due à une concession de Louis VII, postérieure à 1163. Nous n'avons pu retrouver aucune trace du diplôme établissant cette foire, que de nombreux actes de l'autorité royale ont confirmé depuis.

tam. Et duos hospites in eadem villa et decem solidos in censu hospitum domini ipsius ville. Dimidium modium frumenti in molendino GALTERII DE BANTELLUTO apud *Warnonval*.

Capellam de *Umblevilla* (192) et eam partem minute decime quam monachus v[ester] habet in parochia de *Henolvilla* (385). Ecclesiam *Sti Martini de Umblevilla* et terras decimas et redditus et alia omnia que in eadem villa vel in circuitu ejus habetis. Apud *Sanctum Crispinum* (382) duodecimam partem majoris decime totius parrochie et sextam partem minute. Et in ecclesia ejusdem ville sextam partem panum in Natale Dni, in Pascha, et in Purificatione Ste Marie sextam partem candelarum.

Ecclesiam de *Cleri* (31) et in ea medietatem panum in Natale Dni et in Pascha, et omnium candelarum in Purificatione, et medietatem majoris decime et in tribus esartorum campis totam decimam inter vos et presbyterum, et minute decime medietatem; et presbyter aliam.

Ecclesiam de *Valmundeis* (330) et duas partes totius offerende panum in Natale Dni et in Purificatione duas partes candelarum, et in Pascha duas partes panum et totius offerende, et in festivitate Omnium Sanctorum duas partes totius offerende; et in festivitate Sti Quintini medietatem, et presbyter aliam; et ea que vobis fiunt omnia dimissa. Eorum vero que fiunt ecclesie Sti Quintini duas partes, majoris autem decime medietatem et duas partes totius minute, et totum terragium, et totam justitiam *Campi Dolentis* (420), et hospitem cum redditu quem debet et justitia, et sextarium avene de *Sclusa*, et censum prati quem dedit vobit GALT[ERIUS] DE VALMONDEIS et terras et prata et hospites et alia omnia que in eadem villa et in circuitu ejus habetis. Ecclesiam de *Grisi* (159) et medietatem majoris decime et totam minutam decimam totius parrochie. Ecclesiam de *Gerincorth* (367).

Ecclesiam de *Arumvilla* (304) et duas partes majoris decime et tertiam partem hospitum qui sunt in atrio. Ecclesiam de *Morlencurth* (339) et eam partem quam habetis in majori decima. Capellam de *Rognel* (37) ... Ecclesiam de *Marinis* et kampartem et unum modium vini in *Valle Gaudiaci* (185) in redditu Domini de *Rognel*... Capellam de *Ruel* (332) et medietatem decime terrarum DROGONIS DE MESIACHI, et medietatem quarte partis terdecime terrarum *Sti Dionisii* et duas partes totius minute decime. Capellam de *Ihaimoucurth* (469) et decimam de *Briengencurth* (380) que pertinet ad eandem capellam...

Ecclesiam de *Burricio* (235) et donationem altaris, et totum omnino redditum presbyterii, excepto quod capellanus quem procuratis habet in ecclesia unaquaque dominica denarium de pane benedicto si offeretur; et feria secumda denarios offerende misse quem cantat, si tamen fuerit ipsa de defunctis, et in quatuor festis annualibus, in unaquaque duodecim denarios, videlicet in Natale Domini, in Pasca, in Pentecosten et in festo Omnium Sanctorum. Habet etiam de purificatione mulieris unum denarium, et medietatem sponsalium, et totum bap-

tisterium et confessiones et unum modium bladi quem ei datis pro vestitura sua: Cetera omnia vestra sunt. Et decimam culturarum domini ipsius ville, et redecimam ipsorum que decimantur et redecimantur in campo et decimam molendini et totam decimam trium feodorum, scilicet feodi Richueri, et Caseri, et Hugonis Crassi; et in feodo de *Hubucort* (382) medietatem decime, et in feodo de *Ruscherolis* (176) medietatem decime, et omnium essartorum totam decimam et hospites, et terras et prata, et alneium, et omnium horum justitiam... et totam redecimam bladorum quos dominus de Burriz (235) habet apud villam que dicitur *Hadencuria* (426) et totam decimam denariorum de bosco de *Sirefonte* (379) apud *Vallem Gaudiaci* (185) terram et hospites et boscum, vineas censum et redditum que habetis de helemosina domine Ildeburgis de Hibriaco (268) et boscum quem vobis dedit dominus Philippus de Valmundeis, et eum quem dedit vobis Matheus de Flessardis, et illum quem habetis de Roberto de Joi et totam terram et totum redditum quem tenetis de *Cela* (368) et de monachis *Sti Martini de Campis*, et censum trigintaquinque solidorum par. monete et quatuor solidos, et unum den. quos vobis dedit dominus Galterus de Breheuercurth (118) et omnem hereditatem que vobis accidit de Hugone Babelanno. Apud *Laleriam* (319) medietatem decime. Apud *Herovillam* (9) in ecclesia duas partes offerende et turtellorum in Natale Dni et in Pascha et in festivitate Omnium Sanctorum, et in Purificatione duas partes offerende; et duas partes minute decime et totam decimam terrarum quos monachi *Sti Petri* laborant. Apud *Haraviller* (303) etc...

Ecclesiam de *Valle Engergardis* (107) et duas partes totius offerende, et turtellos in Natale Dni et in Pascha, et in Purificatione duas partes candelarum, et duas partes majoris decime, et totam minutam decimam et hospites, et alia omnia que ibidem habetis. Apud *Ultravesin* (316) decimam. Apud *Cumeni* (96) terram et hospites et redditum et medietaria... apud *Temericurth* (425) hospites et redditum.. In episcopatu *Meldensi*, apud *Buhoteriam* (148) capellam ejusdem ville, cum omni redditu altaris et sepulture; et hospites... et totam justitiam medietatis arpennorum in quibus hospitantur. Alterius vero partis eorum arpennorum totam justitiam et medietatem redditus, et totius terre arabilis totam justitiam, et medietatem kampartis et tres partes majoris decime que de jure ad vestram grangiam affertur, et totam minutam decimam, et medietatem decime de *Prato Succi*. Et apud *Chevru* (151) sextam partem decime majoris et medietatem minute, et culture que ad retro monasterium est, totam justitiam, et totam terram Gazonis... Apud *Morissartum* (67) capellam ejusdem ville, et totam villam, et hospites, et omnem redditum ipsius ville, et totam justitiam, et totam culturam que est inter domum vestram et boscum de qua totam decimam et kampartem habetis; et terras, et prata...

(425) Théméricourt, cant. de Marines, arr. de Pontoise.
(426) Hadancourt-le-Haut-Clocher, cant. de Chaumont-en-Vexin (Oise).

In episcopatu *Belvacensi* capellam *Sti Jacobi* liberam et quietam, exceptis XII denariis quos solvit de circada. Et ecclesiam *Sti Martini de Beriecclesia* (94) et medietatem totius offerende et panum in festis annualibus, scilicet in Natale Dni, in Purificatione, in Pascha, in Pentecosten, et in festivitate Sti Bartholomei, medietatem candelarum et duas partes totius majoris decime, et totam decimam lini et camne, exceptis duobus hortis; et alterius minute decime medietatem; duos sol. quos monachus *Sti Jacobi* habet in ecclesia *Sti Martini de Umblevilla* (192) et tertiam partem minute decime apud *Arunvillam* (304), et decimam de *Grigneval*, et terras, et hospites, et vineas, et alia omnia que in *Beriecclesia* vel in circuitu ejus habetis. Ecclesiam *Sti Georgii* et medietatem totius presbyterii et omnium decimarum, videlicet bladi et vini, et minute decime. Ecclesiam *Sti Martini de Nongento* (206) et duas partes decimarum, totius scilicet majoris et totius minute. Capellam *Sti Albini de Cambliaco* (256) liberam et quietam, exceptis XII den. quos solvit de circada; grangiam et terras de *Belleio* (390) ad eandem capellam pertinentes; et decimam, et kampartem quam habetis juxta *Frasneium* (400), et culturam vestram de *Champin* quam vobis dedit MATHEUS comes, et medietatem decime ejusdem culture et tertiam partem decime vini de *Cambleio*, et tertiam partem minute decime ejusdem ville, et decimam quam habetis apud *Montem Calvaris* (417) et hospitem et redditus que habetis apud *Meru* (191) et terras et vineas quas habetis apud *Cambleium* et in circuitu ejus. Apud *Parchenc* (262) decimam quam habetis. Capellam vestram de *Cavelluns* (427), cum hospitibus et terris et nemore ad eandem pertinentibus.

In episcopatu *Parisiensi* ecclesiam *Ste Marie de Taverni* (282), et in eadem ecclesia medietatem panum et candelarum in Natale Dni, in festivitatibus Purificationis, Assumptionis Ste Marie, et in festo Sti Bartholomei medietatem omnium candelarum, et omnem majorem decimam de *Taverni* et de *Sto Lupo* (290), exceptis messionibus presbyterorum de *Taverni* et de *Sto Lupo* quorumquisque sit. Unum modium bladi et unam minam, et exceptis decem sextariis qui redduntur *Sto Dionisio*, videlicet quinque sextarii bladi et quinque mine avene, et quinque mine ordei. Et *Sto Lupo* redduntur tres sextarii bladi, et porcario de *Monmorenciaco* unus sextarius. Quicquid superest in decima vestrum est. Et medietatem totius minute decime utriusque parrochie, et furnum quem habetis in villa de *Taverni*, et consuetudinem quam habetis in *bosco Sti Dionisii* ad ardendum, et unum modium vini, et unum sextarium castanearum, que vobis dedit RADULPHUS filius IVONIS; et terras, et vineas quas habetis in villa de *Taverni*. Ecclesiam de *Sto Lupo* et medietatem panum et candelarum in Natale Dni, in Purificatione et in Assumptione Beate Marie; et in festo Sti Bartholomei medietatem candelarum. In festo Sti Lupi medietatem candelarum que ab extraneis offeruntur, ex quo ma-

(427) Cavillon, comm. d'Ully-St-Georges, cant. de Neuilly-en-Thelle (Oise).

tutini finiti sunt, usque post majorem missam ; et medietatem omnium denariorum quibus candele venduntur.

Ecclesiam *Sti Preiecthi de Turno* (90) et duas partes totius offerende per totum annum, et totam decimam totius parrochie, videlicet decimam bladi et vini, excepto uno modio bladi et duobus modiis vini quos presbyter habet, et totam decimam totius parrochie, et totam decimam de *Monsou* (402). Alneium vestrum et terras et vineas, quos in eadem villa et in circuitu ejus habetis. In ecclesia *Sti Dionisii de Merri* (428) omnes panes in Natale Domini et in Pascha. Apud villam que dicitur *Aquaputa* (429) vineam et unum hospitem. Apud *Chesellam* censum et terram et redditum que omnia vobis dedit uxor domini Galterii filii Orieldis (413). Apud *Petreficte* (430) terram et hospites et censum.... Apud *Zoognoles* (428) novem sol. census quos vobis Oddo de Poolli (44) dedit. Apud *Hermenon* (258) hospites et redditum... Apud *Ballolium* (411) decimam, mansos *Sti Martini* in nemore quod est supra castellum quod *Insula* vocatur. Consuetudinem quam vobis dedit Galterus Buffet, videlicet usuarium quantum vobis fuerit opus ad clausuram et ad ardendum. Sane novalium que propriis manibus aut sumptibus colitis, vel de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere presumat...

Datum *Beneventis* per manum Gratiani sancte Rom. ecclesie subdiaconi et notarii, Idib. Februarii indictione III^a^. Incarnationis Dominice anno M° C° LX° VIIIJ. Pontificatus domini Alexandri PP. III. Anno XI.

(Orig. sans sceau mais avec seings du Pape et des cardinaux, cart. 1.)

CLXI

L'abbé Lecelin assiste Yves II, abbé de St Denis, dans un différend avec les chanoines de St Paul.

(1170)

In nomine... Ego Ivo D. g. ecclesie *B. Dyonisii* abbas... Controversia que inter ecclesiam nostram et canonicos ecclesie *Sancti Pauli* quam ad jurisdictionem et proprietatem ecclesie B. Dyonisii pertinere dicitur diu agitata, talem auctore Deo sortita est finem. Predicti canonici ...quidquid juris et potestatis in donationibus seu investituris prebendarum ejusdem ecclesie se ha-

(428) Méry-sur-Oise, cant. de l'Isle-Adam. — Sognolles, ham. de Méry-sur-Oise.
(429) Puteaux, cant. de Courbevoie (Seine).
(430) Pierrefitte, cant. de Saint-Denis (Seine).

bere proponebant, prorsus renuntiantes, plenitudinem potestatis ejusdem ecclesie dandi prebendas et investiendi jus nostrum in eisdem recognoscentes, pari voto et unanimi consensu ecclesie Beati Dyonisii et nobis in perpetuum concesserunt... Hoc autem factum est in presencia venerabilium Hugonis *Ste Genovefe de Monte*, Ervei *Sti Victoris Paris*, Lechelini *Sti Martini Pontisar.* abbatum. Testes hujus rei sunt: Aimardus, Henricus, Guibertus, Henricus, Eustachius, Ricardus, sacerdotes; Ricardus, Radulfus, Rocelinus, dyaconi; Robertus de Paris, Henricus, Guibertus, subdyaconi. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M° C° septuagesimo, indictione III^a^, epacta prima, regnante glorioso rege *Francorum* Ludovico, promotionis nostre anno existente secundo.

(Cart. bl. de St Denis. A. N. LL 1157, fol. 227.)

CLXII

Thibaut de Gisors renonce, en faveur de St Martin, à la moitié de l'église de Chars.

(1170)

In nomine... Ego Theobaldus de Gisorcio notum esse volo o. h. me reddidisse in manu Domini ac venerabilis Rotrodi *Rothomagensis* archiepiscopi (419) medietatem ecclesie de *Charz*, pertinentem ad patrocinium meum, cum capella domus mee, ipsumque humilibus precibus exorasse, ut predictam partem cum decimis et pertinenciis suis et prefatam capellam Deo et ecclesie *Sti Martini* et abbati et monachis cenobii *Pontesiensis* in perpetuam eleemosinam daret, ipsumque donum sigilli sui munimine confirmaret. Ego vero quantum in me est hanc actionem meam presenti scripto et meo firmavi atque corroboravi sigillo. Actum publice anno Incarnati Verbi M° C° LXX°, audientibus et videntibus his: Radulpho *Rothomagensis* ecclesie sacrista et archidiacono, magistro Raynaldo *Wilcasinensi* archidiacono, Yvone *Rothomagensis* ecclesie archidiacono, Magistro Roberto capellano et *Rothomagensis* canonico, Magistro Richardo et magistro Rogerio *Rothomagensis* ecclesie canonicis, Roberto et Willelmo *Wilcassinensibus* decanis.

(Orig. cart. 35. — Sigillum Theobaldum equo insidentem hostesque insequentem districto gladio sistit, uti alia multa et fere omnia, tam D. D. de Montmorency quam de Bellimonte, etc.·. Porte *de..... à la croix de..... cantonnée de quatre lions de.....* Tumulatus jacet in ecclesia nostra. (D. Estiennot, l. III, vi, 2.) — Le sceau décrit par D. Estiennot est aujourd'hui perdu.)

CLXIII

Simon de Moussy donne à St Martin le tiers de la dîme de cette paroisse.

(Vers 1170)

Simon de villâ quæ dicitur Montiacus (248) decidens in infirmitatem quâ et mortuus est, rogavit ad se venire Theobaldum de Gisortio, ecclesiæ S. M. P. familiarissimum amicum, qui veniens vidit eum proximum morte, monuitque eum ut tertiam partem decimæ ejusdem villæ, scilicet *Montiaci* et quidquid habebat in ecclesiâ ipsius villæ quam tenebat in fefo memorati Theobaldi, daret in eleemosina pro animâ suâ et pro animabus omnium antecessorum suorum ecclesiæ *S. Martini P.* ubi jacent parentes ejusdem Theobaldi. Simon vero obediens præcepto et ammonitioni ejus, concessit ecclesiam et decimam quemadmodum Theobaldus voluit et monuit. Quando vero prædictus Simon ad monasterium S. M. P. delatus est ab amicis et cognatis et hominibus suis ut ibi sepeliretur, post officium celebratum et post sepulturam expletam ventum est ubi convenerunt monachi et clerici et laici..... et recognitum est donum, etc.

(Ex Cart. cap. 55. D. Estiennot, l. III, II, 16).

CLXIV

Thibaut de Gisors donne à St Martin le droit de patronage de la cure d'Arronville.

(Avant 1171)

In nomine... Ego Teobaldus de Gisorcio notum esse volo o. h. me reddidisse in manu Dni ac venerabilis Rotrodi *Rothomagensis* archiepiscopi ecclesiam de *Arungvilla* (304) pertinentem ad patrocinium meum et antecessorum meorum ; ipsumque humilibus exorasse precibus ut ejusdem ecclesie personatum pro mea et o. a. m. animabus daret in eleemosina ecclesie *Sti Martini* cenobii *Pontisariensis* et abbati et monachis ej. loci. Hujus rei testes sunt: Radulphus sacrista et *Rothomagensis* ecclesie archidiaconus, magister Rainaldus *Wilcassinensis* archidiaconus, Yvo *Rothomagensis* ecclesie archidiaconus, magister Richardus *Rothomagensis* canonicus, Petrus de Puterlio ; Robertus et Guillelmus, *Wilcassinenses* decani. Ut autem prefati monachi personatum ecclesie de *Arunvilla* firme et inconcusse possideant, sigillo meo ipsum ut quantum ad me spectat firmavi.

(D. Estiennot, l. III, VI, 6 — Orig. sans sc. cart. 14).

CLXV

L'Abbaye constitue une rente au curé d'Arronville, pour la moitié des revenus de sa cure.

(1171)

Ego Lecelinus Dei permissione cœnobii *Pontesie* abbas et conventus... notum esse volumus universis hujusmodi conventionem factam fuisse coram Dno Rotrodo *Rothomagensi* archiepiscopo (419) inter nos et Petrum de Puterlio super ecclesia de *Arunvilla* quam eidem Petro presentatione nostra donaverat archiepiscopus ; quod nos reddemus Petro omni vita sua, pro medietate predicte ecclesie ad ipsum pertinente, singulis annis vii lib. Par. monete, lx sol. in octavis Pasche et iiii^{or} lib. in octavis S. Dionysii. Quod si post decessum meum supervixerit Petrus, idem facient et successores mei, aut conventus si abbas defuerit... Actum publice in capitulo Bti Martini anno Incarnati verbi M° C° LXXI° astantibus probis viris Rotrodo archiepiscopo ; Rainaldo, Radulfo, Ivone archidiaconis, et clericis multis; Lecelino abbate, Roberto priore, Teboudo sacrista, Richerio suppriore, Hugone et Teobaldo pueris. Et de *Pontesia* tam clerici quam laici plures affuerant. — (Orig. cart. 14).

CLXVI

Fixation du traitement du curé d'Arronville

(1171)

Rotrodus Dei gr. *Rothomagensis* archiepiscopus... Notum esse volumus hujusmodi conventionem factam esse coram nobis inter dilectos filios nostros Lecelinum abbatem *Sti Martini de Pontesia*, et Petrum de Puterlio super ecclesia de *Arunvilla* quam eidem Petrq presentatione predicti abbatis canonice donavimus. Quod ipse abbas reddet Petro omni vita sua pro parte predicte ecclesie ad ipsum pertinente singulis annis vii lib. par. monete lx sol. in octavis Pasche et iiii lib. in octavis S. Dionisii. Quod si per decessum abbatis supervixerit Petrus, idem facient ei successores ejus... Clericum autem qui eidem ecclesie servire debebat, posuit dilectus clericus noster predictus Petrus in manu abbatis.

(Orig. avec sceau épiscopal, cart. Demay.)

CLXVII

Jehan de Gisors confirme les dons faits par ses ancêtres à l'Abbaye.

(1172)

Quoniam in multis offendimus..... (*suprà* n° CLI) Proindè ego JOHANNES filius Dni HUGONIS DE GISORCIO et Dni TEOBALDI nepos, antecessorum meorum sequens vestigia qui monasterio *S. M. Pontisariensis* plurima pro suis animabus contulere beneficia simulque venerabilis domini mei ROTRODI Rothomagensis archiepiscopi atque illustris patrui mei Dni TEOBALDI precibus adquiescens et imperio, prefatum monasterium et monachos ibidem Deo servientes, tota virtute diligere, totis viribus honorare, omnesque eorum possessiones et omnia que ad eos spectant, precipuè antecessorum meorum eleemosinas fovere, ampliare, eisque conservare proposui et decrevi..... Verum ut propositum hoc meum certus et efficax sequatur effectus, concedo et confirmo prefato monasterio..... ecclesiam *S. Prejecti de Turno* (90) et decimam ejusdem ville, tam vini quam annone, et medietatem cujusdam alneii; et apud *Linvileirium* (125) terram quandam, et apud *Pontisaram* decimam molture molendinorum de *Baiarth* et de *Buticulario*; et insulam que dicitur *Telosa* (349) cum censu et tota justicia; quo cuncta habent de eleemosina domini ac reverendissimi PAGANI avi mei et uxoris ejus domine MATHILDIS. De eleemosina vero patris et matris mee et dni TEOBALDI patrui mei concedo eis... decimam molture molendinorum meorum de *Gisorcio* et de *Besu* (286), et unam marcam argenti quam eis dedit dna MATHILDIS mater mea singulis annis in redditu meo de *Anglia*. De eleemosina autem dni TEOBALDI patrui mei ecclesiam de *Charz* (49) cum capella domus sue, quam ei ipse dedit ad monachorum propria indumenta. Et apud *Pontesiam* tres maximos panes de molendino de *Baiarth* in singulis annis afferuntur in die Pasche super altare *Sti Martini*. Et duo molendina tannum molentia que ipse dedit eis ad cenam monachorum. Et ecclesiam et decimam de *Arunvilla* (304) et ecclesiam et decimam de *Grisi* (159) et ecclesiam et decimam de *Monceio* (248) et decimam de *Avesnis* (313) et quartam partem ville et nemoris de *Nuulli* (158) et masuram ALBERTI DE BAIARTH, et alia omnia ubicumque sint, que monachi S. Martini de dominio sive feodo antecessorum meorum possident et meo. Actum publice apud monasterium *Sti Martini Pontesie*, ubi ego hujus concessionis mee et confirmationis posui donum super magnum altare coram conventum. Anno Incarnati Verbi M° C° LXX° II° audientibus istis... Dnus TEOBALDUS DE GISORCIO, JOHANNES TUULEU (seu interdigne LUPUM), ODO filius THEOPHANIE, ADAM ANGLICUS, ROBERTUS CABER- [illegible] RADULFUS ACULEIUS, STEPHANUS coquus Regis, ROGERIUS decanus de [illegible], Magr DANIEL, RAIMONDUS DE PORTA, GAUTERIUS TORNEONS, ELINANDUS [illegible] GERVOLDUS et ALBERICUS famuli, DROGO coquus, ROGERIUS ASINUS. Ut

autem hoc firma et inconcussa permaneant, presentem cartham... sigillo meo... corroborari precepi.

(Orig. cart. Demay. — Sceau fruste du sire de Gisors. D. Estiennot, l. III, VI, 5).

CLXVIII

Bouchard V de Montmorency confirme un don de Bernard le Voyer de Taverny.

(1172)

In nomine S. et I. T. amen. Ego Buccardus de Montmorenci n. esse volo omn. hominibus me concessisse consilio amicorum et hominum meorum Deo et ecclesie *S. Mart.* cenobii *Pontesiensis*, et abbati et monachis ejusdem loci elemosinam quam eis dedit Bernardus Vierius *de Taverni* (184) priusquam eorum efficeretur monachus, videlicet tres modios et dimidium vini sing. annis reddendos tempore vindemiarum, de quibus reddet dimid. mod. dominus Teobaldus presbiter *S. Marcelli de Sto Dyonisio* de vinea que dicitur *Valcellon* quamdiu vixerit ipse. Et Guido filius Bernardi dimidium mod. de vinea sub domo Waldeni. Post decessum vero predicti Teobaldi reddet idem Guido sing. annis monachis unum modium vini de his duabus vineis, de utraque scilicet dimidium. Hugo quoque filius Bernardi reddet eisdem monachis sing. annis unum modium vini de suis ante portam vierii. Tercium vero modium reddet monachis annuatim Guido Parvus filius Bernardi de masura Theardi Postel. Teobaldus autem major natu filiorum Bernardi reddet pred. monachis dimidium mod. de quo ita composuerunt ipse et monachi. Girelmus filius Reintrudis debebat eidem Teobaldo dim. mod. vini census de terra quadam que est sub domo Fulconis de Puteo. Hoc dim. mod. quod debet terra illa, dedit supradictus Teobaldus monachis cenobii *Pontesiensis* in perp. possessionem pro elemosina patris sui, nullo sibi in vino vel terra jure retento, vel consuetudine. Quapropter prefatus Girelmus ejusque successores tenebuntur respondere monachis de vino suo. Ad eos etenim spectat justicia terre que vinum debet. Et sciendum quod possessorum mutacio quoquomodo perveniat, non poterit elemosinam hanc Bernardi a monachis *Pontesie* alienare. Ipse enim non (*sic*) tam in possessoribus quam in possessione adest. In vineis que hic descripte sunt et nominate elemosinam suam instituit. Concessionis autem mee testes sunt hii : Nicholaus presbiter de *Turno*. Joscelinus frater Fulcaldi. Joscelaus de Gressi. Radulfus Cauda Lanea. Guido maior. Enguelgerius de Maanth. Lanfredus filius Enguelgerii. Verum ut ecclesia *Pontesiensis* vel ejusdem loci monachi hanc elemosinam possideant... presentem cartam precibus filiorum ejus inde fieri eamque sigillo meo confirmavi. Notandum vero quod terre possessores aut vinum reddent aut x sol. pro modio, vel v. sol. pro dimidio modio. Actum anno Incarn. m° c° lxx° ij°...

(Orig. Cart. 28.)

CLXIX

Richard III de Banthelu donne à St Martin son cens et ses chapons d'Argenteuil.

(Vers 1172)

Ego Richardus de Bantelluto (52), concedente filio meo Richardo et filia mea Maltildi pro anima mea et pro patris mei et matris mee... animabus, do... Deo et ecclesie *Beati Martini de Pontisara*... omnem censum meum et omnes capones meos de *Argenteuil*, qui census redditur ad octabas Sti Dionysii, cum omni dominatione ejusdem census ; capones autem ad Natale Domini redduntur... Si de predicto censu XL solidi singulis annis compleri non poterint, in eadem villa de alio redditu meo compleantur. Hujus autem eleemosine donum posui super altare B. Martini, assistente conventu ejusdem loci. Et ut hoc ratum sit, hanc cartam fieri et sigillo meo sigillari precepi. Hujus testes sunt: Dnus Teobaudus de Gisorcio, Magister Gauterius de Droincort (415), Willelmus Cammerarius, Robertus filius Willelmi Cammerarii, Martellus janitor, Guido Aculeus, Petrus de Cammera, Willelmus de Nueli, Willelmus coqus, Drogo coqus.

(D. Estiennot, l. III, VI, 9. — Orig. sans sceau. Cart. 34).

CLXX

Jehan de Gisors confirme le don de la moitié de l'église de Chars.

(13 avril 1172-1173)

In nomine... Anno Incarnati Verbi M° C° LXX° II°, Alexandro Universali PP. *Romano, Francorum* illustri et glorioso regi Ludovico, residente in cathedra *Rothomagensis* ecclesie venerabili arch° Rotrodo, Idus aprilis, feria V^a^ ante Pascha ipsa die Cene Dominice (*), *Pontisaram* veni ego Theobaldus de Gisortio ad *ecclesiam Sti Martini*, ibique post ipsa missarum sollempnia à donno Lechlino loci illius tunc temporis abbate et universo conventu solempniter celebrata, populo qui sacris interfuerat multipliciter aggregato, posui coram omnibus super altare S. M. donum medietatis ecclesie de *Charz* pertinentis ad

(*) Les dates accessoires indiquées correspondent à l'année 1172, où Pâques tomba le 16 avril, tandis que la pièce étant datée de 1172 avant Pâques, le Jeudi-Saint devrait appartenir à l'année 1173, où Pâques tomba le 8 avril. Mais, dans cette hypothèse, les dates accessoires ne cadreraient plus.

patrocinium meum, simul et capelle domus mee quas predicto monasterio et fratribus ibidem Deo servientibus, consilio et voluntate prenominati *Roth.* archiepiscopi Rotrodi ad fratrum propria indumenta donaveram, per manum ipsius arch[i] in eleemosina pro mea et o. a. m. animabus. Interfuerunt huic rei testes, quorum nomina sunt hæc : Hugo de Bantelluto (52) nepos meus, Yvo Malus-filiaster (44), Godefridus de Sancto Andrea (293): hi tres sunt milites. Et cum istis : Guillelmus cubicularius, Rainaldus Wadels, Isembardus Faber, Odo filius ejus, Albertus de Baiarth prepositus, Drogo de Montmorenci, Richardus Doliarius, Robertus de Jherincourth (367), Guerricus filius ejus, Bartholomæus vierius, Rainaldus Talperons, David Faber, Garnerius Aculeius, Menardus de Aneri, Aelinus Draparius, Elinandus Allec (261), Nicolaus Cultellarius.

(Orig. sans sceau, Cart. 35. — Copie coll. Arch. de la Seine-Inf[re], G 1847. — D. Estiennot, l. III, VI, 16).

CLXXI

Confirmation de l'église de Chars à St Martin par l'Archevêque de Rouen.

(Vers 1173)

Rotrodus Dei gr. *Rothomagensis* archiepiscopus Dilectis filiis suis Lecelino abbati et conventui *Sti Martini Pontisariensis*... Romanorum pontificum, etc. (formule de la charte XCV). Ea propter monasterium S. M. P. prout tempore venerabilium predecessorum nostrorum archiep. *Rothomagensium* Johannis, Guillelmi, Gaufredi, Hugonis (337), liberum et proprium *Rothomagensis* ecclesie cenobium ad nostra usque tempora pervenit, ita privilegii nostri auctoritate roboramus et pontificali sanctione munimus, ut nulli umquam nisi Domino Papæ et Roth. ecclesia subditum fiat. Huic autem monasterio medietatem ecclesie de *Charz* (49) pertinentem ad patrocinium Theobaldi de Gisortio, ipsius interventu et petitione, cum capella domus sue, et aliam medietatem ecclesie, pertinentem ad patrocinium alterius Theobaldi junioris, in perpetuam elemosinam donavimus canonicis ad monachorum propria indumenta, eodem Theobaldo et uxore sua et liberis ad ipsum benigne concedentibus. Quisquis vero ejusdem monasterii prelibatam libertatem et ipsius ecclesie de *Charz* canonicam nostram donationem temerario usu perturbare vel minuere presumpserit, ultioni divine subjaceat et cum damnatis et perditis sortem maledictionis accipiat. Ego Rotrodus *Rothomagensis* archiepiscopus ss. Ego Rainaudus *Wilcassinensis* archidiaconus ss. Ego Gaufredus *Rothomagensis* decanus ss. Ego Ivo *Rothomagensis* archidiaconus ss. Ego magister Robertus et capellanus et canonicus ss. Ego Radulphus ecclesie *Rothomagensis* sacrista ss. Ego magister Richardus canonicus ss. Ego magister Rogerius canonicus ss.

(A. N. LL 1157, fol. 628; LL 1170, fol. 17).

CLXXII

L'abbé Lécelin afferme l'église de Chars.

(Entre 1172 et 1175)

ROTRODUS... TECELINUS (*sic*) abbas *Sti Martini de Pontesia* assensu conventus sui concessit GUILLELMO DE MONCEIO presbitero nostro, ecclesiam de *Charz* omni vita sua, ad firmam, pro XX. libris par. monete, singulis annis reddendis monasterio, X. in octabis Pasche, et X. in festo Sti Martini in novembri, et ipsum ad curam parochialem ejusdem ecclesie nobis presentavit. Nos autem eandem firmam ratam esse volentes, salvo jure monasterii et salvo predicto redditu ad indumenta monachorum, presentatione abbatis eandem ecclesiam canonice donavimus prefato GUILLELMO et ipsum investivimus cura animarum. Si vero archiepiscopus vel archidiaconus ab ecclesiis *Vulcassini* auxilium petierint, monachi super eo satisfacient. Si autem prefata ecclesia, causa GUILLELMI vel alicujus ad eum pertinentis, cessaverit, propter hoc nihil de firma minuetur ei. Si vero alia de causa cessaverit, infra octo dies dampnum inde sibi proveniens in firma computabitur juxta temporis rationem. Ut hoc firme stabiliter observetur, presenti scripto et sigilli nostri munimine confirmavimus.

(A. N. LL 1157, fol. 667.)

CLXXIII

LECELINUS Dei permissione cenobii *Pontesiensis* abbas... Ego et conventus noster assensu Dni ac venerabilis patris nostri ROTRODI *Rothomagensis* archiepiscopi concessimus GUILLELMO presbitero de *Monceio* ecclesiam de *Charz* omni vita sua ad firmam pro XX. libris par. monete singulis annis reddendis monasterio... (suit la répétition des clauses précédentes).

(A. N. LL 1157, fol. 667).

CLXXIV

Bulle d'Alexandre III confirmant à St Martin la possession de l'église de Chars.

(22 juillet, 1173-1176)

ALEXANDER episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati et fratribus *Sti Martini Pontisarensis* salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis transitu non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato

concurrentes assensu, ecclesiam de *Charz* cum capella Teobaldi de Gizortio in ea libertate in qua ipsam vobis et monasterio vestro venerabilis frater noster R[otrodus] *Rothomagensis* archiepiscopus cum assensu patronorum ejusdem ecclesie rationabiliter contulit, et scripto proprio confirmavit, vobis et per vos prescripto monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere; vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Anagnie* xi Kal. Augusti.

(Orig. scellé. A. N. L 231, n° 45).

CLXXV

Rotrou, archevêque de Rouen, donne cent sols de rente sur l'église d'Arronville.

(1175)

Omnibus... Rotrodus... Religiosam vitam agentibus episcopale semper necesse est adesse subsidium, ne forte cujuslibet incursus infortunii, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Proinde nos dilectorum in Dno filiorum nostr. abbatis et monachorum *S. M. de Pontisara* profectibus congaudentes, ipsis et eorum successoribus in ecclesia du *Arunvilla* centum sol. Par. monete canonice donamus annuatim ad monachorum propria indumenta. Statuentes ut illius ecclesie presbiter singulis annis quinquaginta sol. ad festum S. Martini in novembri et ad octabas Pasche alios quinquaginta solidos absque ulla contentione seu diminutione... abbati et monachis... reddat...

Ego Rotrodus *Rothom.* archiep^{s} ss. Ego Robertus *Rothom.* decanus et archid^{s} ss. Ego Radulfus *Rothom.* archid^{s} ss. Ego Rainaldus *Wilcassinensis* archid. ss. Ego Ivo archid^{s} ss. Ego Amicus archid. ss. Ego Gauterius archid. ss. Ego Petrus precentor ss. Ego Roscelinus succentor ss. Ego Richardus presb^{r} canonicus ss. Ego Helias presb^{r} canonicus ss. Ego Petrus presb^{r} canonicus ss. Datum *Andelei* (331) per manum magistri Rainaldi *Wilcasinensis* archidiaconi. Anno Incarnati Verbi M° C° LXX° V°, regnante in Francia glorioso Rege Ludovico.

(Orig. sans sceau. Cart. 14).

CLXXVI

Universis ad q. l. p. p. Robertus *Rothomagensis* ecclesie decanus et ejusdem capitulum sal. N. s. o. Rotrodum bone memorie quondam *Roth.* arch. monasterio *Sti Martini de Pontisara* censum sol. annuatim percipiendos in ecclesie de *Arunvilla* in perpetuam elemosinam donasse. Super quibus pred. monachis Hilduinus sacerdos de *Arunvilla* questionem referebat, cujus diffinitionem Dnus Papa virō venerabili S. *Ste Genovefe Paris.* Abbati delegavit quo pertractante... dicta questio amicabilis interventu compositionis finem accepit...

(Orig. sans date. Sceau du Chapitre de Rouen, brisé. — Cart. 14).

CLXXVII

Jehan de Gisors convertit en une rente de 50 sous parisis sur le four de Gisors, la rente d'un marc d'argent en Angleterre léguée par sa mère à St Martin.

(1175)

Quoniam breves dies hominis sunt, et idem, sicut scriptum est, nunquam in eodem statu permanet, idcircò dum tempus habemus, juxta Pauli consilium Apostoli, operari bonum pro posse nostro debemus ad omnes, maximè autem ad eos qui dum sæcularibus implicari refugiunt negociis, studiis intenti religiosis apud misericordem Dominum pro nostris excessibus diu noctuque liberius intercedunt.

Quocirca ego Johannes de Gisortio, consilii non immemor apostolici, abbatis et monachorum qui in monasterio *Sti Martini Pontisariensis* assidue Deo serviunt, orationibus me ipsum et meos omnes consanguineos et amicos attentius commendare volens, idem monasterium et fratres ibidem Deo servientes de bonis meis honorare et de redditibus ampliare decrevi. Universis itaque fidelibus notum esse volo venerabilem matrem meam dominam Mathildam de Gisortio, priusquam moreretur, prefato monasterio et monachis ejusdem loci dedisse pro sua et o. a. s. animabus unam marcam argenti singulis annis in redditu suo de *Anglia* ad anniversarium suum. Verum quia longinqua est illa regio, nec facilis ad eam monachis patet accessus, unde et marcam suam terminis constitutis sibi non reddi sepius contingebat. Ideo ego Johannes communicato cum meis et ecclesie amicis consilio præfatam marcam ad commodum monachorum, alibi eis assignare, et de alio redditu meo disposui atque decrevi reddere, eandemque matris mee eleemosinam de meo proprio ampliare. Ob remedium itaque animarum Dni

Hugonis de Gisortio patris mei, et venerabilis Dne Mathildis matris meæ, simulque pro mea et o. a. m. animabus atque pro meorum parentum et amicorum meorum salute, statuo, decerno atque dispono, quatenus abbas et monachi S. M. pro supra dicta marca et pro augmento quod eis facio singulis annis habeant et accipiant ad festum Sti Remigii quinquaginta sol. Parisensis monete in redditu furni mei de *Gisortio*. De hac, sicut hic descripta est, eleemosina et de ipsius assignatione investivi ego Domnum Lecelinum tunc temporis supra dicti monasterii abbatem, præsente ejusdem loci Roberto priore, atque Roberto priore de *Marcomonte*, audientibus et videntibus his testibus quorum subtitulata sunt nomina :

Abbas de *Marcasio Radulphi* (408), Yvo canonicus ejus, Dnus Engelramnus Aculeus, cognatus meus germanus, Domnus Galo de Calvomonte, sororius meus, Magister Gauterius de Drooucurth (415), Dnus Robertus de Flavacurth (414), Dnus Willelmus de Lonconvilla (416), Robertus præpositus de *Fresnis* (400), Odo Valez de Ereingny (431). Ut autem monachi *Pontisarienses* suos L sol. in furno meo de *Gisortio* singulis annis statuto termino semper habeant et possideant, in omni pace et quiete, presentem cartham inde fieri meoque eam sigillo muniri et corroborari precepi, que in munimentum perpetue stabilitatis existens, ecclesie omnem in posterum occasionem controversie funditus amoveat. Actum publice anno Incarnati Verbi M° C° LXX° V°.

(D. Estiennot, l. III, vi, 9. — Orig. sans sceau, cart. 23.)

CLXXVIII

Gautier, archidiacre de Pontoise pour l'archevêque Hugues de Rouen, érige Livilliers en paroisse, sous la condition de reconnaître Genicourt pour église-mère.

(1175)

In nomine S. et I. T. Amen. Notum fieri volumus o. t. p. q. f. quod ego Galterius *Pontisariensis* archidiaconus et capitulum eccl[æ] nostræ B[i] Mellonis causam Magistri Hubonis *Gerincuriæ* (367) presbyteri et Dni Hemmerici *Linvilarii* (125) sacerdotis, in præsentiâ nostrâ diu ventilatam et tractatam, in hunc tenorem et modum terminavimus et composuimus. Quod prædictus Hugo presbyter qui præfatam *Linvilarii* ecclesiam in suæ membrum ecclesiæ ascisci et revocare volebat, amore Dei et nostri, necnon et reverentiâ observandâ institutionis Hugonis *Rothomagensis* archiepiscopi patris nostri, summæ memoriæ viri et beatæ vitæ, qui eandem ecclesiam matrem constituerat, ab omni querelâ

(431) Eragny, cant. de Chaumont-en-Vexin (Oise).

penitùs absoluit et quietam clamavit, ita quod utraque ecclesiarum mater restabit. Sed ad notitiam et cognitionem quod *Linvilarii* ecclesia *Gerincuriæ* ecclesiæ membrum extiterit, statutum fuit nostro et prædictorum presbyterorum assensu, quod singulis annis quartâ feriâ Pentechostes processio ecclesiæ de *Linvilario* in ecclesiam de *Gerincuria* et jure et debito perrexerit, et ibidem presbyter *Linvilarii* quisquis fuerit responsorium cum oratione cantaverit, quo facto ipse et presbyter *Gerincuriæ* cum processionibus utriusque suarum ecclesiarum simul *Pontisaram* venerint. Et ita in hoc tantum modo ecclesia de *Linvilario* ecclesiæ *Gerincuriæ* obnoxia fuerit. Ut autem hoc ratum et perpetuum haberetur, sigilli capituli nostri authoritate corroboravimus. Actum est hoc in *ecclesiâ Bti Mellonis*, anno Incarnationis Dominicæ mill° C° septuag° V°, astantibus ibi quam pluribus presbyteris et canonicis testibus, quorum nomina hic scripta sunt et signata : Garino canonico et presbytero, Petro de Puteolis canonico, Willelmo *Sti Petri* capellano et *Sti Mellonis* vicario, Richardo *Sti Mellonis* vicario et presbytero, Herberto d'*Oony* (112) presbytero, Herberto de *Sto Martino* presbytero, Jocio d'*Espiers* (12) presbytero.

(Ex ipsa authentica. D. Estiennot, l. III, VI, 7. — Cette pièce a été éditée, avec de nombreuses erreurs et lacunes, par Deslyons : *Eclaircissement de l'ancien droit de l'église de Paris sur Pontoise*, p. 188, qui dit l'avoir empruntée aux archives de St Martin de Pontoise. Il lui donne la date de 1165, et omet, entre autres passages, celui relatif aux règles données par l'archevêque de Rouen, ce qui lui permet d'en conclure que Pontoise était alors complètement indépendant, au spirituel, de ce prélat).

CLXXIX

Accord entre l'Abbaye et Thibaut le Clerc au sujet d'une vigne mouvant de Gasce de Thorotte.

(Avant 1176)

Gaufredus Dei permissione cœnobii *Sti Martini Pontesiensis* abbas et totus ejusdem loci conventus... Causa quæ tempore predecessoris nostri Lecelini abbatis vertebatur inter ecclesiam nostram et Theobaldum Clericum super novem arpennis terræ, quam ex mandato Dni Papæ *Senonensis* archiepiscopus Willelmus (432) suscepit cognoscendam, et fine debito

(432) *Guillaume de Champagne*, archevêque de Sens en 1169, fut transféré à Reims dont il devint archevêque au commencement de 1176.

terminandam, hanc finem per amicabilem compositionem sortita est: Abbas Lecelinus assensu capituli vineam quandam in quâ torcular fuit, quæ etiam vocatur *Hortus monachorum*, eidem Theobaldo et hæredibus suis liberè et quietè possidendam dedit, ita tamen quod singulis annis quicumque vineam illam possideret, duos solidos census ecclesiæ nostræ in festo Bti Dionysio persolvet. Idem vero Theobaldus eccl. nostram super omnibus querelis quas adversum eam habebat et præsertim de ipsis novem arpennis terræ quos reclamabat quietos coram Archº Senonensi clamavit et de his garantiam ubicumque posset portare firmiter compromisit. Sed postea prædictus Theobaldus rogavit nos quatenus quandam vineam quæ est subtus domum Roberti de Sor veia pro suprascriptâ vineâ ei commutaremus: cujus petitioni adquievimus sub tali conditione quod ipse Theobaldus vel hæres ejus vineam suprascriptam, scilicet quæ dicitur *Hortus monachorum* faciet de nobis ad medietatem ita quod exceptis vindemiis nichil ommino constamenti in ea ponemus, et reddet etiam nobis medietatem censûs, id est xii den.

Vinea scilicet quæ dicitur *Hortus Monachorum* debet Dno Baszoni de Torote (433) dimidium modium vini, quod de communi, id est tam de nostro quam de suo, solvetur. Notandum vero quod illa vinea quam damus in commutatione, debet nobis vii den. et obolum censûs, reddendos ad octabas Sti Dionysii; et si in ea aliquid pertinet ad nos de torculatione, ei concedimus.

Postea vero idem Theobaldus Clericus fratri suo Garnerio hæc omnia sicut suprascripta sunt, dedit, tam medietariam vineæ quæ dicitur *Hortus Monachorum*, quam et alteram vineam quam ei damus in commutatione, assensu nostro, amodo teneat de nobis eo pacto quo Theobaldus tenere debebat. Horum omnium testes ex parte nostra: Johannes miles, Richardus sororius ejus, .. de Capella, Auricus de Cella, Radulphus de Ruella, Raynoldus major de *Joy* (185). Ex parte Theobaldi et Garnerii: Eurardus clericus *de Mellento*,... frater Herechenfredi, Girardus filius Milonis, Hugo frater ejus, Adam filius Girardi, Abbericus filius Ermenry, Hilduinus frater Ligardis, Ra..... Godardi, Yvo filius Adam de Gency.

(Ex authenticâ, D. Estiennot l. III, vii, 2. — Titre perdu).

CLXXX — CLXXXII

Actes attribués par Dom Estiennot à l'administration de l'abbé Lécelin.

(1161-1176)

CLXXX. — Hervæo le Bachelier et Henrico Coplere duas vineas de *Cergi* (26) ad medietatem, jure hereditario, Lecelinus abbas et conventus concedunt; quo tenore vide in Cartul. cap. 212.

(433) Thourotte, cant. de Ribécourt (Oise). Le nom du seigneur de Thourotte que D. Estiennot a lu *Basto* doit être rétabli sous la forme *Gasto*.

CLXXXI. — Richardus de Plesseio super *Bantellu* (434), Radulphi de Plesseio filius, miles effectus, ipso anno, decimam omnium essartorum suorum de *Folevilla* monachis S. M. largitur, donumque super altare ponit, coram Guiardo Aculeio, Gualterio de Commeny (96) aliisque nonnullis.

(Analyses. D. Estiennot, lib. I, cap. xi.)

CLXXXII. — Haymardus de Populiaco (44) tenebat in feodo decimam totam de *Ultravicino* (316), majorem minutamque de abbate et ecclesia *Sti Martini de Pontesia*, de qua etiam erat ipse homo abbatis et ecclesiæ. Hanc decimam iisdem cessit, habuitque xvii solidos paris., et pater ejus qui profecturus erat in *Jerusalem* unam cappam. Burgensis quoque quidam de *Meru* (191) qui hanc decimam habebat in vadimonio, pro quatuor lib. Belvacensium dedit vademonium suum præfatis monachis, et ipse factus est posteà monachus ipsius ecclesiæ « ad succurrendum. »

(De verbo ad verbum ex Carthul. cap. 214. — D. Estiennot, lib. I, cap. xi.)

CLXXXIII

Don à Saint-Denis de l'église de Chars par Thibaut II de Gisors.

(Vers 1176)

In nomine... Ego Theobaldus de Gisurcio illud donum quod feceram monachis *Sti Martini de Pontisara* de ecclesia de *Charz* (49), ipsam ecclesiam cum pertinenciis suis proprie ac specialiter presentationem sacerdotis ejusdem ecclesie de *Charz* do et concedo ob remedium anime mee et parentum meorum, *Beato Dionysio* et fratribus ejusdem ecclesie in perpetuam eleemosinam, ita ut ipsi et qui futuri sunt in eadem ecclesia monachi hanc a me factam elemosinam recognoscant, et anniversarium meum ab eis singulis annis in conventu celebretur pro eo. Etiam quod in die Pasche tres panes certo pondere et certa mensura unumquemque emine videlicet puri frumenti, eis in perpetuum dari constitui. Huic rei affuerunt: Guillelmus subprior, Stephanus prepositus de *Tauriaco*, Gaufridus Morellus, Herveus de Banterliu, Theobaudus prepositus de *Charz*, Guillelmus cambellanus.

(A. N. LL 1157 fol. 667. — Duchesne, *Histoire de la Maison de Montmorency*, Preuves, p. 415. — Cité par Bréquigny, t. III, p. 518).

(434) Le Plessis, commune de Banthelu, cant. de Magny-en-Vexin.

CLXXXIV

L'Archevêque de Rouen confirme à St Denis le don de l'église de Chars.

(1176)

ROTRODUS Dei gr. *Rothomagensis* archiepiscopus venerabili et dilecto filio suo GUILLELMO abbati *Sti Dionysii* ejusque successoribus... Ad pii pastoris spectat officium ecclesiastica beneficia devotis monasteriis et honestis conferre personis, et collata ne malignantium incursu turbentur, privilegii sui munimine roborari. Inde est vestris, dilecti in Domino filii, justis et devotis petitionibus assensum prebentes, ecclesiam de *Charz* quam vobis canonice donavimus, in ratam et perpetuam elemosinam habendam cum omnibus pertinenciis suis concedimus, et salvo consueto jure nostro et archidiaconi nostri, presenti scripto et sigilli nostri munimine confirmamus. Actum est hoc anno Verbi incarnati m° c° lxx° vi°. Hujus donationis et confirmationis testes : ROBERTUS DE NOVO BURGO, IVO DE VETERIPONTE, AMICUS (435), magister RENALDUS, WALTERIUS DE S^to^ WALERICO, Rothomagensis ecclesie archidiaconi ; RICHERUS cantor, RADULPHUS thesaurarius, ROBERTUS capellanus ; ROGERUS DE WAREWIC, magister ROBERTUS NORMANNUS, magister RICHARDUS, ejusdem ecclesie canonici.

(A. N. LL 1157, fol. 668.)

CLXXXV

Concordat entre St Denis et St Martin, au sujet de l'église de Chars.

(1176)

ROTRODUS... Compositionem inter monasterium *Bti Dionysii* et *Bti Martini de Pontisara* formatam super ecclesia de *Charz* et quibusdam monachorum Pontisare possessionibus ratam esse volentes, scripto mandare curavimus. Est autem hec forma compositionis quod abbas et monachi S. M. ecclesiam de *Charz* liberam et absolutam resignaverunt in manu nostra, quam nos monasterio B. D. donavimus, in eadem libertatis et juris plenitudine quam monachi S. Martini eam tenuerant, in perpetuam elemosinam, salvo scilicet consueto jure nostro et archidiaconi. Abbas autem S. D. et capitulum concesserunt abbati et monachis S. M. in plenitudine libertatis tenere quidquid juris et

(435) *Amy*, neveu de l'archevêque Rotrou, avait commencé par être chanoine de Rouen avant de devenir archidiacre. (A. N. Cartulaire du Val, LL 1541, fol. 11).

Guillaume II fut abbé de St Denis de 1173 à 1186 ; *Rotrou*, arch. de Rouen de 1164 à 1183.

possessionis habebant in terra que in ambitu eorum curie continetur, et census quos reddire solebant monachi S. M. monasterio B. D. nummorum, vini et annone, et lignorum, quietos dimiserunt in perpetuum, retente bisancio annuatim reddendo in octabis S. D. in recognitione dominii sui; ut ita teneant monachi S. M. libere et quiete in omnibus sicut tenuerunt, salvo jure viature. Si vero servientes B. D. violentiam aliquam vel exactionem injustam monachis S. M. vel hominibus eorum fecerint, recurrent ad abbatem B. D. vel ad prepositum ejus ut hujusmodi gravamina reprimantur. Monachi insuper S. M. singulis annis recipient duos modios bone annone in grangia de *Cergi*. Concessum etiam ut quod omnes possessiones quos monachi tenebant de territoriis B. D. amodo teneant in pace in perpetuum ut nulla inde fieri possit reclamatio vel vexatio vel innovatio querele, ac de cetero idem monachi non recipient aliquas terras B. D. absque licencia abbatis et capituli, et si recipient, infra annum vendent, nisi eorum licencia retinuerint. Actum est anno Verbi incarnati m° c° lxx° vj°. Hujus compositionis testes sunt: Robertus de Novoburgo, Yvo de Veteriponte, Amicus, magister Renaldus, Walterius de Sto Walerio, *Rothomagensis* ecclesie archidiaconi; Richerius cantor, Radulfus thesaurarius, Robertus capellanus; Rogerus de Warewic, magister Rogerus Normannus, magister Ricardus, ejusd. ecclesie canonici.

(Orig. sceau absent. Cart. 16. — Copie coll. Archives de la Seine-Inférieure, G 1847).

CLXXXVI

Fondation du Chapitre de N.-D. des Champs, à Beaumont-sur-Oise.

(1176)

Noverint u. t. p q. f. quam Matheus comes Bellimontis et dominus *Valesie*, consensu et assensu Elienoris comitisse uxoris sue, filie Radulphi comitis *Perone*, tres canonichos constituit apud *Bellimontem* in ecclesia *Beate Marie de Campis*, qui divinum officium unoquoque die pro fidelibus celebrabunt pro anima (sua) et Aelidis sororis sue, et pro animabus fratrum suorum Philepi, Mathei, Johannis, et pro animabus antecessorum suorum. Canonichorum vero predictorum unus in molendinum *Cambliaci Sti Albini* (256) crastina die S. Remigii singulis annis vj. minas frumenti capiet. Eodem autem termino in furnis *Bellimontis* lx s. p. capiet, et preter hec x sol. p. in eisdem furnis ad serviendam de oleo unam lampadam capiet. Quicumque vero molendinum *Cambliaci* in manu sua tenuerit et furnos *Bellimontis*, fide astringetur quod frumentum et denarios in termino pretaxato canonicho reddiderit. In vineis autem comitis apud Bellimontem idem canonichus iv modios vini singulis annis capiet. Alius vero canonichus in transverso *Confluentis* singulis annis crastina die

Sti Andree CXII sol. p. accipiet et preter hoc ad serviendam de oleo unam lampadam, in eodem transverso x sol. p. singulis annis accipiet... In vineis autem comitis apud *Asnerius* (370) isdem canonichus IV mod. vini sing. a. capiet. Tercius siquidem canonichus in molendinum *Cambliaci S. Albini* crastina die Natalis Domini singulis annis VI minas frumenti capiet et eadem die in theloneo *Cambliaci* LX sol. p. accipiet, et preter hec III sol. p. ad serviendam unam lampadam de oleo capiet... In vineis autem comitis apud *Bellimontem* IV modios vini...

Auctum anno Incarnati Verbi m° centesimo lx° xvi°.

(Copie du xv[e] s. Cart. 42. — Ce document n'a pas été connu de Douët d'Arcq.)

CLXXXVII

Fondation de la Chapelle Notre-Dame de Pontoise.

(1177)

Les religieux, abbé, prieur et couvent de St-Martin-les-Ponthoise, ordre de St-Benoist, fondateurs et curez primitifs de l'eglize paroisialle de Nostre-Dame es faulxbourgs dud. Ponthoise, demandeurs aux fins de leur exploict du dernier jour de juillet 1627,

Contre discrette personne maistre MEULLON SORET presbtre, viquaire perpetuel de lad. eglize, deffendeur,

Remonstrent par devant vous, Monsieur le Prevost de Paris,.....

A ce qu'il soit dit qu'ils sont bien fondez en leurs conclusions suivant lesquelles ils seront maintenus en la possession d'avoir la moitié des oblations, legs, dons et autres droictz afférans à lad. cure, présentation et approbation qu'ils ont des presbtres et chapellains, et aussy au droict de permettre de poser une table soubz le porche de lad. eglize Nostre-Dame pour vendre des chandelles le jour et feste de la Nativité de N. D., en la perception desquels droictz les demandeurs sont à present troublez par le deffendeur.

Qu'il convient de remarquer que les paroissiens de l'eglize de Nostre-Dame estoient anciennement et des la fondation de l'abbaye de St Martin subjectz et parroissiens de la cure de la Très Sainte Trinité qui est dedans l'estendue de l'eglize de lad. abbaye, et en la nef d'icelle, comme estant la mère eglize et vraye cure desd. habitans ;

Mais d'autant que par succession de temps le peuple s'estoit grandement multiplié, tant en la *Ville St-Martin* que l'on disoit anciennement que aux faulxbourgs de la *Foulerie de Ponthoise* qui sont les lieux où s'estendoit lad. cure de la Ste Trinité, comme aussy pour le soulagement des vieillards, infirmes et petits enfans, les predecesseurs des demandeurs firent à la supplication des

habitans, bastir une chappelle au dedans dud. faulxbourg, en la rue dite de *Maudestour*, lieu où est à présent l'église Nostre Dame, et en icelle establirent un chappellain qui y disoit journellement les messes sans y faire d'autres fonctions, ce qui fut faict de la permission de Monseigneur l'Archevesque de Rouen en l'année mil cent soixante et dix sept ;

Et depuis en l'année mil deux cens quarante sept lad. chappelle fut érigée en cure par la priere instante et requeste du chappellain et habitans, à la charge que toutes les dixmes de quelle nature qu'elles fussent, la moitié des oblations, legs, dons et autres afferans à lad. qualité de curé appartiendroient auxd. demandeurs. . . . etc.

(Orig. papier, Cart. 9).

CLXXXVIII

Accord entre Guillaume, abbé de St Denis et l'abbé Geoffroy, concernant l'église de Chars et divers biens fonciers.

(1177)

Guillermus Dei gratia ecclesie *Bti Dionysii* abbas et omnis conventus.... Compositionem inter monasterium nostrum et *Sti Martini de Pontisara*, formatam super ecclesiam de *Charz* et quibusdam monachorum *Pontisare* possessionibus ratam esse volentes, scripto mandare curavimus. Est autem hec forma compositionis quod abbas Gaufredus et conventus S. M. P. ecclesiam de *Charz* liberam et absolutam resignaverunt in manu archiepiscopi; quam archiepiscopus monasterio nostro donavit in eadem libertatis et juris plenitudine qua monachi B. Martini eam tenuerant, in perpetuam elemosinam, salvo scilicet consueto jure archiepiscopi et archidiaconi. Ego vero et totus conventus noster concessimus abbati et monachis S. M. in plenitudine libertatis tenere quidquid juris et possessionis habebamus in terra quam in ambitu eorum curie continetur, et census quos reddere solebant monasterio nostro, numorum, vini, et annone et lignorum, quietos dimisimus in perpetuum; retento bisancio (*) nobis reddendo in octabis B. Dionysii in recognitione dominii nostri; ut ita teneant monachi S. M. libere et quiete in omnibus, sicut hujusque tenuimus, salvo jure viature.

Si vero servientes nostri aliquam violenciam vel exactionem injustam monachis S. M. vel hominibus eorum fecerint, recurrent ad nos vel ad prepositum nostrum ut hujusmodi gravamina reprimantur. Monachi insuper S. M. singulis

(*) De nombreuses traces de cette redevance d'un *besant* ou denier d'or existent dans les archives de l'Abbaye. Elle paraît n'avoir cessé d'être acquittée qu'après la guerre de Cent ans.

annis recipient duos modios hiemalis annone in grangia de *Cergi*. Insuper et addidimus campipartem VIII. arpennorum qui sunt inter *Busseium* (319) et *Cormelias* (308) et trium arpennorum et dimidii qui sunt inter aquam de *Hvvs* (14) et *Cergi* (26); eo tenore ut anniversaria dies nostra apud eos annuatim fiat. Concessum est quod omnes possessiones quas monachi tenebant de territoriis B. Dionysii amodo teneant in pace in perpetuum, ut nulla inde fieri possit reclamatio, vexatio, vel innovatio querele. Ac de cetero idem monachi non recipient aliquas terras *B. Dionysii* absque licentia nostra et capituli nostri; et si reciperint, infra annum vendent, nisi licentia nostra retinuerint. Actum est anno Verbi incarnati m° cc° lxxvij°. Ex parte *B. Dionysii*: Signum WILL[ELM]I subprioris. S. HUGONIS infirmarii. S. ROBERTI thesaurarii. S. GAUFREDI elemosinarii. S. GIRARDI cantoris. S. STEPHANI DE BROILO. Ex parte *S. Martini*: S. GAUFREDI abbatis. S. THEOBALDI. S. GALTERII.

(Orig. sans sceau. Cart. 7. — Cartul. blanc de St Denis, A. N. LL 1157, fol. 646. — D. Estiennot, l. III, VII, 4: copie incomplète).

CLXXXIX

Donation du tiers de la dîme du Bellay.

(Avant 1177)

Ego PETRUS filius GUILLELMI DE BEELEIO (343) dedi et concessi in perpetuam elemosinam ...terciam partem decime ejusdem ville, tractum etiam in custodiam totius decime... annone in tercio anno... terciam partem forraginis avene et vicie. Hoc concedentibus ASCELINA matre mea de cujus..... sororibus meis ISABEL, HODIERNA et HAUVIS, et maritis earum TEBOUDO et NICHOLAO. Pro hac autem donatione [recepi a] monachis S. Martini xx et v lib. parisiensis monete. Hoc etiam concessit TEOBAUDUS DE GISORTIO de cujus feodo erat... super altare nobiscum posuit et sigilli sui impressione corroboravit. Testes TEOBAUDUS DE GISORCIO, GAUTERIUS BUFEZ (444), JOHANNES DE CA [PELLA], ALMAURICUS DE HADRICURT (436), A [LELMO] DE CELLA (438), Hugo nepos abbatis *Sti Martini*, HUGO DE PETRALATA (436), GIRARDUS et ODO fratres ejus. Postea autem [concesserunt hanc] decimam ALFREDIS [uxor mea et filii mei ?] ALERMUS, RENOLDUS, GAUFREDUS et filie LAURENTIA et HERMA... Testes qui huic compositioni affuerunt : HERVEUS DE BRIENCON (121)...

(Orig. très mutilé. Cart. 30.)

CXC

Echange entre Matthieu III, comte de Beaumont-sur-Oise, et l'abbé Geoffroy.

(1177)

In nomine... Ego MATHEUS comes *Bellimontis*, HELIENOR comitissa uxore mea et PHILIPPO fratre meo concedentibus, et GAUFREDUS abbas cenobii *Bti Martini Pontisariensis*, concedente conventu ejusdem loci, tali tenore commutationem facimus : Abbas et conv. dant michi granchiam suam de *Beleio* (343) et nemus et omnes terras et quidquid in eis possidebant, excepta decima de *Fresneio*. Pro hac autem commutatione Ego M. comes do monachis *Sti Albini* in perp. eleemosinam octo modios frumenti et octo modios avene in decima de *Borenc* (395). Quicumque eandem decimam servaverit, singulis annis eam partem decime que monachos contingit reddet, et fidelitatem faciat ad S^m^ Albinum coram monachis quod annona decime non pejorabitur. Quocumque autem modo decima defuerit, in molendino quod est ante S^m^ Albinum, omni occasione remota, restaurabitur. Preterea do eis quidquid habeo decime et campipartis apud *Cambliacum* (256). In hac campiparte et decima omnem habebunt justitiam, pastum, culcitram, linteamina in augusto, metas ponent, venditiones habebunt, et placita usque ad vadimonia belli, excepta viaria mea. Si quis de hoc campiparte vim monachis intulerit, per v sol. belvacenses (193) eis emendabit. Quod si noluerit, ego faciam eis terram tenere in pace, donec emendatum fuerit. Do etiam eis unum arpennum terre, totum liberum et ab omni viaria quitum, et v jugera terre juxta predictum arpennum, et v jugera terre ad *Malum pertusium*, et omnem culturam meam que est in *valle Cambliaci*. In omnibus his terris retineo mihi viariam, preter in arpenno in quo granchiam suam facient. In his terris, metis positis, juxta viam infra metas fossata et clausuras suas facient. Quod ut ratum permaneat, Ego et comitissa et abbas et conventus, authoritate sigillorum nostrorum communivimus hanc cartham. Actum est hoc publice anno Incarnationis Dominice M° C° LXX° VII°. Ex parte comitis hii sunt testes: PETRUS DE BORENC; TEOBAUDUS DE MORENGLO (436), PETRUS DE RONCHEROLIS (156), NATALIS DE BAERNA (187), ROBERTUS CLERICUS et GAUTERIUS filius GUIARDI. Ex parte monachorum : PHILIPPUS frater comitis, GUILLELMUS DE PLATEA, PETRUS HISDOSUS (437), PETRUS BERNUINUS, GUILLELMUS nepos abbatis, GEROUDUS famulus.

(Orig. deux sceaux brisés, cart. 42. — Autre orig., A. N. J

(436) Hardricourt, cant. de Meulan, arr. de Versailles. — Pierrelaye, cant. de Pontoise. — Morangles, cant. de Neuilly-en-Thelle (Oise).

(437) *Pierre Hideux de Chambly,* ancêtre de l'illustre maison de Chambly qui a fourni un grand nombre de chevaliers du roi, de chambellans et d'autres officiers de la couronne.

168, pièce 2. Cette charte remarquable sous le rapport calligraphique, est scellée de deux sceaux en cire blanche pendant sur attaches de peau. Le premier est celui du comte de Beaumont qui porte en revers, en guise de contre-sceau, l'empreinte du revers du sceau de la comtesse de Beaumont; le second est le sceau de l'Abbaye. Voir l'Inv. des Sceaux, nos 1051, 1053 et 8370. (Teulet, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. I, p. 115 b.) — Publiée par Teulet (loc. cit.) et par Douët d'Arcq, *Rech. sur les comtes de Beaumont-sur-Oise*, p. 28. Fac simile dans la collection de l'Ecole des Chartes et dans le *Nouveau traité de Diplomatique*, t. I, p. 379. — Citée par Bréquigny, t. III, p. 530).

CXCI

Raoul [Deliés], chevalier de Longuesse, et Pierre Deliés cèdent à St Martin les essarts de Cléry.

(Vers 1177)

N. s. o. t. p. q. f. quod Radulphus miles de Longuesse dedit monachis *Sti Martini Pontesiensibus* ersatos de *Clery* (31), et ex hoc habuit lx solidos de charitate ecclesiæ. Hujus rei testes sunt: Guillelmus frater Radulphi, qui donum concessit, Petrus miles de Longuessa (375), Guillelmus miles de Lex (46) Johannes miles de Sancto Martino, Renoldus de Linviler (125), Alelmus de Cella, Boso frater Raynerii de Vigneio (62), Herluinus filius Benedictæ.

N. s. o. quod Petrus clericus Delicatus concessit monachis S. M. P. ersatos de *Clery*, et habuit propter hoc lx solidos de charitate ecclesiæ. Hujus rei testes sunt: Godefridus de Sancto Andræa (203), Bartholomeus viator, Guiardus major de *Sancto Audoeno* (31), Evrardus de Lex (46) Helinandus Harens (261), Theboudus famulus abbatis, Guillelmus nepos abbatis, Odo de Eleemosina (42).

(D. Estiennot, l. III, v, 8 et 9. Ex Cart. in fine).

CXCII

N. s. p. et f. quod ego Galfridus Dei gratia abbas *Sti Martini* dedi Radulpho de Lisle (*) lx sol. propter decimam des essarts omnium nemorum de *Clery*; quod posuit donum ipse super altare. Testes Petrus de Longa [essa], etc.

(Ex Cart. cap. 225. D. Estiennot, l. III, vii, 2).

(*) Mauvaise lecture évidente pour *Radulpho Delies*.

CXCIII

Gautier Tirel IV confirme un don fait à St Martin.

(Entre 1177 et 1183)

N. s. p. et f. quoniam Galterius Tyrel concessit Deo et *Sto Martino* quandam terram quam dedit nobis uxor Bozonis de Pice et censum terræ ejusdem novem denarios. Testes: Hugo miles de Fontenes, Henricus Delicatus, Helverius de Bantellu (52), Willelmus Camerarius, Nicolaus de Poix et Jocelinus filius ejus. Et hi ex parte monachorum: Halalmus de la Scelle, Albertus de Maldestor, Petrus famulus noster, Hugo nepos abbatis (438).

(D. Estiennot, l. III, v, 10. Source non indiquée).

CXCIV

Adam III de l'Isle, au moment de se croiser pour la troisième fois, donne à St Martin la dîme des essarts de Gerofaï.

(Entre 1178 et 1190)

Ego Adam de Insula (439) et Anselmus et Theobaldus et Adam filii mei et Avelina et Mabilia filie mee et Adam clericus frater meus concessimus et donavimus in perpetuam eleemosinam *Sto Martino de Pontesia* decimam de assartis de *Gerofai*, de omni assarto quod ibi assartatum fuerat ante tertiam peregrinationem meam ad *Iherosolimam* et de omni assarto quod ibidem postmodum assartabitur. Dedimus etiam eidem *S. Martino* omnem campipartem de *Campodolenti* (420) et quidquid juris ibidem habuimus. Concesserunt fratres illius monasterii quod singulis annis anniversarium Dni Ade devotè celebrabunt et tricennarium singulis annis pro anima illius et animabus liberorum suorum et antecessorum suorum cantabunt. Omnium etiam bonorum que in eodem monasterio fient Dominum Adam et liberos ejus et amicos ejus participes esse concesserunt.

(438) *Aleaume de la Ceaule* est un témoin de la charte de Jean de Gisors en 1183, ainsi qu'*Aubert de Maudétour* et *Pierre*, cuisinier de l'abbaye. *Hugues* était neveu de l'abbé Geoffroy, au temps duquel cette charte doit être rapportée.

Gautier Tirel IV était fils de *Hugues* (321) et petit-fils de *Gautier II*, qui lui-même était fils de *Geoffroy d'Yerres* et neveu de *Gautier Tirel I* (223). Cette filiation est fournie par la charte LXXXV *suprà* et par le Cartulaire de N. D. de Longpont (Bibl. Nat. mss. lat. 9968).

(439) Dom Estiennot a confondu à tort cet *Adam III de l'Isle* avec Adam Ier qui souscrivit au diplôme de Philippe Ier en 1068. Les personnages nommés dans cette charte figurent tous dans une

ɔermaneant sigilli nostri authoritate corroborari fecimus.
. presbiter, ANDREAS presbiter, HUGO DE ANOLEIO (398) ;
(440), HAIMARDUS DE FLESLEU, ROBERTUS DE NEELLA, ODO
. PORTA, BALDUINUS gener ejus, AUBERTUS DE MALDESTOR
ALDESTOR, BARTHOLOMEUS nepos coquinarii.

ıthenticâ desumpta. D. Est. lib. III, 1, 5. — Orig. cart. 29.
- Copie du XVe siècle, Cart. 39).

CXCV

ssion temporaire de vignes sur le terroir de St Leu à Philippe, archidiacre de Paris.

(1180)

In nomine... GAUFRIDUS divina miseratione dictus abbas, totusque conventus *Bti Martini de Pontesia* u. Christi f. qui hoc memoriale viderint, s. in D.

Consuevit patrum autoritas ea fidelis pagine testimonio commendare, que nec sompno oblivionis nec dampno vetustatis abolita à memoria nollent excidere vel elabi, quorum nos imitantes non immutantes vestigia, ad recordationem presentium et futurorum cognitionem volumus pervenire, quod domnus HAWINUS(*) duos arpennos vinearum et dimidium apud *S. Lupum* quos ipse plantaverat, ab ecclesia nostra tenebat et tota vita sua tenere debebat, post ejus obitum ad eandem ecclesiam redituros. Ab eadem quoque ecclesia tenebat arpenhum et dimidium de *Cachevel*. Hos autem IIIIor arpennos post prefati decessum HAWINI domno PHILIPPO *Parisiensi* archidiacono, tenendos concessimus, quandiu idem PHILIPPUS vixerit canonicus *Parisiensis*. Si vero quocumque casu contigerit memoratum Philippum non esse canonicum Parisiensem, et idem HAWINUS superstes existerit, eosdem IIIIor arpennos quoad vixerit possidebit. Cum vero et iste non erit canonicus Parisiensis et ille viam universe carnis ingressus fuerit, sepedicti IIIIor arpenni sine omni contradictione parentele... ad prioratam Sti Martini ecclesiam libere rever-

pièce de 1178, en faveur de l'abbaye du Val. *Hugues d'Auneuil* avait épousé Mabile, fille d'Adam III. Il est probable que ce dernier se croisa pour la troisième fois en 1187, au moment des luttes terribles entre Lusignan et Saladin, qui précédèrent la perte de Jérusalem. Dès 1190, Anseau III avait remplacé comme seigneur de l'Isle-Adam. A cette date, *Hugues III d'Auneuil*, qui vécut jusqu'après 1226, consentit, avec sa femme, à une donation d'Anseau III, son beau-frère, à l'abbaye du Val. Il était fils de *Hugues II d'Auneuil* et d'*Agnès*. Celle-ci n'est autre que la sœur de Guillaume II de Mello, abbé de St Martin, qui figure au tableau de la page 105 comme mère de *Guillaume d'Auneuil*, depuis chanoine de Beauvais. *Renaud*, autre fils d'Agnès, confirma la fondation d'un anniversaire pour son oncle Yves (de Mello) doyen de Beauvais, dont M. l'abbé Deladreue, par une méprise fort excusable, a fait un *Yves d'Auneuil*. (Mém. de la Soc. Acad. de l'Oise, tome IX).

(440) Le Mesnil-Théribus, cant. d'Auneuil (Oise).

(*) *Hawin* était curé de St-Leu Taverny, comme on le voit par une des pièces précédentes.

tentur... Ex parte nostra et ex partes archidiaconi testes sunt: Magister Leo, Hugo de Clauso, Bartholomeus de Meleun, Petrus de Puteolis, Ricardus presbiter, Johannes Multon, Willelmus Camerarius, Ivo Cordubanarius, Galterius patruus ejusdem archidiaconi. Actum publice *Pontesie* in capittulo B. Martini anno ab Incarn. Dni M° C° LXXX°.

(Orig. sans sceau. Cart. 47.)

CXCVI

L'abbé de Ste Geneviève accorde l'abbé de St Martin et le curé d'Arronville.

(Vers 1184)

Ego Stephanus abbas *Montis Ste Genovefe* notum facio cunctis fidelibus quod causam que vertebatur inter G. abbatem *de Pontisera* et H. presbiterum de *Arunvilla* (304), ex delegatione domini Pape legitimo fine terminandam susceperam. Cum autem utramque partem ad audienciam nostram canonice citassem in presencia nostra proposita lite transactionem inierunt... Dnus abbas... H. presbiterum a firma septem librarum absolvit, quas dicebat eum deberè nomine medietatis fructuum parrochie de *Arunville*... H. autem presbiter medietatem fructuum et omnium obventionum parrochie de *Arunvilla* predicto abbati et conventus se soluturum spopondit quoad viveret Petrus de Puteolis. Post mortem Petri salvo jure utriusque, predictam pactionem se bona fide servaturum predictus presbiter in manu prioris de *Pontisera* coram abbate suo firmavit. Hujus rei testes sunt: Gaufridus prior, Tiboudus sacrista, (*) Robertus de *Haraviler* (303), Robertus de *Heinouvilla* (385), Robertus d'*Onbleinvilla* (192), Willelmus de *Behervilla* (396), Milo de *Chanbli* (256), Mobertus de *Fresnes* (400), Raginaudus de *Lonconvilla* (416), Lanbertus de *Gaumanejo* (96).

(Orig. sans sceau. Cart. 14).

CXCVII

Jugement d'un délégué du Pape contre l'Abbaye et le curé d'Arronville.

(Entre 1181 et 1185)

Stephanus *Ste Virginis Genovefe* dictus Abbas... Cum ex mandato Dni pape Lucii tercii suscepissemus cognitionem cause que vertebatur inter Gaufridum abbatem et monachos *Sti Martini de Pontisara* et Hilduinum presbiterum de *Harunvilla* (304) super quodam censum centum solidorum quem in eadem ecclesia predicti monachi singulis annis sibi deberi dicebant,

(*) Les témoins dont les noms suivent sont les curés de diverses paroisses, comme le prouve la charte qui suit.

presente et partes suas ponente dno THEOBALDO DE GISORCIO... in hunc modum compositionis... convenerunt. Ecclesia *Sti Martini* singulis annis in beneficium predicto HULDEVINO, quandiu ipse presbiter de *Harunvilla* fuerit, centum solidos parisiensis monete persolvet... HILDEVINUS autem donavit ecclesia S. M. dimidium modium bladi, sex scilicet minas hybernagii et sex avene que jure hereditario ei contingunt apud villam que dicitur *Beeleium*, quem solvent fratres ipsius presbiteri... Successores Hildevini... beneficium centum solidorum quod Hildevino tantum concessum est... requirere non poterunt... Ut autem compositio ista firmius observetur, nos qui ex mandato Dni pape cognitionem predicte cause suscepimus, auctoritate mandati apostolici... approbavimus. Hii interfuerunt : ROBERTUS prior *S. Martini de Pontisara*, GAUFRIDUS DE LIENCURTE monachus, SYMON DE STO DIONISIO, SYMON DE TORNACO, magister ROGERUS NORMANNUS, THEOBALDUS DE GISORCIO, HERVEUS DE BANTELLU (52), THEOBALDUS prepositus de *Charz* (49), ROBERTUS presbiter de *Haraviler* (303), RANALDUS presbiter de *Locunvilla* (416), GARNERIUS presbiter de *Marinis*, HYVO presbiter de *Valle Domni Petri* (441), RADULFUS de *Flori* (442), LAMBERTUS de *Commaneio* (96), GUILLELMUS presbiter de *Monci* (248), BALDEVINUS presbiter de *Undrei* (443), FULCHO presbiter de *Caumunt*, AMAURICUS presbiter de *Liencurte* (136).

(Orig. avec sceau de l'abbé de Ste-Geneviève, cart. Demay. — Mentionné au *Gallia Christiana*, t. VII, col. 722.)

CXCVIII

Don de Gautier Buffé

(Avant 1170)

GAUTERIUS BUFEZ in elemosinam cedit usuarium ad ignem in consuetudinibus nemoris quod dicitur *Nongenteil* (445) quantumcumque scilicet opus est ecclesiæ ; coram DROGONE DE VALLF, ALELMO DE CELLA, JOANNE DE ESPEIS (12) aliisque (Ex Cartul. circà finem).

(Analyse. D. Estiennot, lib. I, cap. IX).

(441) Valdampierre, cant. d'Auneuil (Oise). — (442) Fleury, cant. de Chaumont-en-Vexin.

(443) Andrésy, cant. de Poissy.

(444) *Gautier Buffé* est nommé dans des textes de 1160 à 1182. V. *Histoire de Méry-sur-Oise*, par le comte de Ségur Lamoignon et J. Depoin, t. I. La donation relatée dans cette notice est confirmée dans la bulle d'Alexandre III (*suprà*, n° CLX).

(445) Nointel, cant. de l'Isle-Adam.

.e *Sti Martini Pontesiensis*.. vicum illum
is quem predictus patruus meus Dnus
m omni jurisdictionis et proprietatis seu
c mea concessio perpetuum robur obtineat,
er altare in presencia Dni Teobaudi et mul-
propter hoc ipsum posui, et presens inde
sigillo. Actum publice anno Inc^{i} Verbi m^{o}
Johannis, Teobaudus prepositus de *Charz*,
leus, Paganus, servientes Dni Teobaudi; Adam,
de Besu (286). Ex parte monachorum, Dnus
ensis], Johannes de Chambli (256), Aubertus de
Auricus filius ejus, Ivo de Cella, Petrus quoquus,
abbatis ; Johannes miles, Rogerius Asinus, Radul-

ans sceau, cart. I. — D. Estiennot, l. III, VII, 6).

CCI

oulombs, cède la chapelle d'Abbécourt aux moines de Marcheroux.

(1184)

ei gratia abbas de *Marchesio Radulphi* (446), n. f. volo
quod venerabilis Gaimbertus, ecclesiæ *Columbensis* (447)
nsu totius sui capituli, capellam de *Haulbecourt* (59) quam
iles Albericus nomine, in fundo ædificaverat et monachis Co-
verat cum decimâ decem agripennorum, v. videlicet ex parte
RIIS (448), ipso concedente, et v. ex suâ, precibus Domini Gas-
abbatiæ de *Marcheroux* (408) concessit, salvo tamen ecclesiæ de
jure parochiali, extra mansiones quas ibi faciunt canonici nostri
rgulta ; fratres quoque nostros et sorores et reliquam familiam
pto presbytero parochiali, et armenta nostra et pecora ab omni jure
decimatione ubicumque maneamus, libera teneamus... De quibus
G. abbas *Columbensis*; O. abbas de *Ressons* (449), Haymo hujus loci

rnoul, 4^{e} abbé de Marcheroux, élu après Hugues, en 1183, mourut d'après la chronique
le 22 octobre 1185 (D. Estiennot, *Hist. Sti Martini*, t. II). Le *Gallia* fait vivre Arnoul
1183 et donne à l'acte que nous reproduisons la date de 1180 (t. VIII, col. 1255, et t. IX,

Ce *Gaimbert* ne paraît pas le même que *Humbert*, abbé de Coulombs en 1174 et 1179,
-ci avait été remplacé par Alerme, dès 1181 (L. Merlet, *Hist. de l'abb. de Coulombs*,
, suivant le *Gallia*, en 1183 (t. VIII, col. 1255).

Crespières, cant. de Poissy.

Cet abbé O. (sans doute *Odo*) est inconnu aux auteurs du *Gallia*.

prior; ROBERTUS DE MONTPINCON (450), prior *Columbensis*; PHILIPPUS prior *S. Germani de Laya*; ROBERTUS DE YBREO (269), ROBERTUS prior *S. Cosmæ* (451), PETRUS presbyter *Orgivallis*, Dominus GASCO DE PISSIACO et filii ejus GASCO et ROBERTUS qui hoc concesserunt; GAUFREDUS DE CANEVERIIS (452), et duo filii ejus SIMON et MATHÆUS, ANSELMUS de ORIGIVALLE, GASCO DE TOROTA (433) et ROBERTUS frater ejus.

(D. Estiennot, *Antiq. Velocassium.* — B. N. mss. lat. 12741, p. 145. — Voir Cartulaire de St-Germain-en-Laye, A. N. T* 671[8])

CCII

Maurice de Sully, évêque de Paris, reconnaît à St Martin le droit de présentation à la cure de St Leu et à la chapelle du Plessis (Bouchard).

(13 Avril — 30 Novembre 1186)

Ego MAURITIUS D. G. *Parisiensis* episcopus... Cum inter nos et ecclesiam *Sti Martini de Pontisara*, Domno WILLELMO tunc presidente abbate, controversia verteretur super presentatione presbyteri ad ecclesiam *Sti Lupi* (290) cum capella de *Plesseit* (453): cognito tandem jure ecclesie *Bti Martini*, tum juratorum monachorum, clericorum et laicorum testimoniis, tum scripta confirmatione bone memorie GILLIBERTI (297) *Parisiensis* episcopi, tunc communis fame consensu, a vexatione monachorum destitimus; et ad presentationem abbatis *Sti Martini* presbitero in ead. ecclesia instituto, jus suum in posterum presentandi presbyterum ad sepedictam ecclesiam et capellam, in perpetuum ecclesie S. M. et monachis confirmavimus cum omnibus ad ecclesiam et capellam pertinentibus; scilicet cum decimis annone totius parochie et cum medietate minute decime et cum medietate candelarum in festo S[i] Lupi oblatarum post Laudes matutinas usque ad finem majoris misse; cum medietate nummorum quibus ille candele vendentur, et cum medietate candelarum oblatarum in Natali Domini et cum medietate tortellarum in crastino Natalis oblatarum, et cum medietate candelarum Purificationis B. Marie et festivitatis S. Bartholomei. Astantibus huic nostre confirmationi testibus: HERVEIO decano, MAURITIO archidiacono, PETRO cantore *Parisiensi*, PETRO decano *Sti Germani Autissiodorensis*, NICOLAO, mag[o]

(450) Montpinçon, cant. de St Pierre-sur-Dives (Calvados). Raoul de Montpinçon était sénéchal de Guillaume le Conquérant (Ord. Vit. l. v.)

(451) St Cosme de Luzarches, collégiale dont M. le chanoine Eug. Müller a publié l'Inventaire du Trésor dans les *Mémoires de la Société historique du Vexin*, tome XV.

(452) Chennevières, canton de Luzarches.

Johanne Cathalaunensi, Henrico Musavena, canonicis *Parisiensibus*, Johanne de *Castris* (453), Petro decano de *Gonesse* (296), Matheo de *Modun* (454), Bernerio de *Mosterolo* (455) decanis, Johanne de *Doemunt* (456), Alelmo de *S° Graciano* (457) Johanne de *Spinoïlo* (458), Petro de *Hermont* (258), presbyteris. Actum *Parisius* in veteri aula, coram istis supradictis et aliis quam pluribus ecclesie *Sti Lupi* parrochianis. Anno Inc^is^ Dom^ce^ m. c. lxxx vi°, Episcopatus nostri vigesimo sexto. Quod ut ratum futuris temporibus et inconcussum permaneat, scripto presenti commendari et sigillo nostri subimpressione precipimus confirmari.

(Orig. cart. 28. — D. Estiennot, l. III, viii, 1. — Sigillum antistitem sacris vestibus indutum, uti alia, exhibet).

CCIII

Gautier, archevêque de Rouen, confirme, en présence de l'abbé Guillaume III, certains droits à l'abbaye de St Germer.

(Après 1187)

Walterus Dei gratia *Rothomagensis* archiepiscopus (459)... Notum facimus..... Nos paci et utilitati dilectorum filiorum nostrorum Hug[onis] abbatis et conventus *Flaviacensis* paternâ volentes sollicitudine providere, jus advocationis et patronatus ecclesie de *Morlencurt* (339) eis in perpetuum concessisse... Statuimus etiam ne cui de cetero liceat infra limitis predicte parrochie ecclesiam vel capellam sine assensu eorum construere, vel alio loco quam apud *Morleincurt* vel apud ecclesiam *B. Marie de Allearia* (460), in qua monachi eorum degunt, parochianos ecclesie illius sepelire... His testibus : magistro Roberto *Rothom[agensi]* archid[iacono], Wil[lelm]o

(453) Le Plessis-Bouchard, cant. de Montmorency. — Châtres, auj. Arpajon, arr. de Corbeil.
(454) Meudon, cant. de Sèvres.
(455) Montreuil-sous-Bois, canton de Vincennes (Seine).
(456) Domont, cant. d'Ecouen.
(457) Saint-Gratien, cant. de Montmorency.
(458) Epinay-sur-Seine, cant. de Saint-Denis (Seine).
(459) *Gautier le Magnifique*, nommé archevêque de Rouen en 1184, fit son entrée solennelle dans sa cathédrale le jour de saint Mathias, 24 février 1185.

Robert de Neufbourg était déjà archidiacre de Rouen en 1175. — *Richard*, abbé de Cherbourg, commença à siéger après 1187 et gouverna jusqu'en 1202. — (*Gallia chr.* t. xi, col. 942).

Le P. J. B. de Boulogne, dans sa chronique de St Germer, dit à propos de l'abbé Lambert (1184-1190): « Jus patronatus ecclesiæ de Morlencourt Walterus Rothomagensis episcopus impertivit ». Comme on le voit par l'acte que nous reproduisons, cette mention est erronée, puisqu'il s'agit de l'abbé *Hugues*.

(460) Laillerie, commune de Chaumont-en-Vexin (Oise). — Bessancourt, cant. de Montmorency.

Pontisare, Ric[ardo] de *Cesarisburgo* abbatibus. Magistro Odone, Dno Nicholao, Magro Rad[ulfo] de Richespant, canonicis *Rothom[agensibus]*; Guillelmo de Bruer[iis], Roberto de Falesia, Nicholao Cornubiensi.

(Orig. Arch. de l'Oise, H 1316. Sceau perdu).

CCIV

Accord entre St Denis et St Martin quant aux dîmes de Taverny et du Plessis Bouchard.

(1188)

In nomine... Ego Hugo Dei gr. *Bti Dionysii* abbas et totum capitulum... Concessimus ecclesie *Sti Martini de P.* totam decimam nostram bladi de *Taberniaco* et *Plessiaco* (453) super qua inter nos et ipsos controversia diutius agitata fuerat, pro qua etiam decem sextarios nobis reddebant, in perpet. possidendam, tali conditione quod in festivitate S. Remigii unum modium hibernagii et unum avene de predicta decima ecclesie *S. Dionisii de Strata* fideliter et legitime persolvent... Actum anno Dominice Inc^is M° C° LXXX VIIJ°.

(Orig. Cart. 28).

CCV

Maurice de Sully, évêque de Paris, érige Bessancourt en paroisse et donne à St Martin le droit de présentation.

(9 Avril — 30 Novembre 1189)

In nomine... Mauritius Dei gr. *Parisiensis* episcopus. Nos in villa de *Bercolcort* (460), que in ecclesia de *Taberniaco* nimis remota habere parochialia consueverat, matricem instituentes ecclesiam, ipsam ab omni debita de respectu ecclesie de *Taberniaco* penitus absolvimus. Ecclesie quoque et monachis *Sti Martini de Pontisara* jus suum conservamus, concedentes ut presente sacerdote de *Bercolcort* defuncto vel amoto, alius ab abbate canonice eligatur, nobisque vel successoribus nostris per archidiaconum presentetur, ac sic canonicè substituatur. Idem quoque jus habeant monachi in beneficiis altaris quod in ecclesia de *Taberniaco* habere dinoscuntur. Synodum vero et circadam nobis retinemus, debitamque illius ecclesie subjectionem minimè relaxamus. Quod ne oblivione possit deleri, aut malignitate qualibet infringi, presenti karte commendamus, eamque sigilli nostri authoritate confirmamus. Actum *Parisius* anno Inc^is D^ce M° C° LXXX° IX°, Episcopatus nostri XXIX°.

(Orig. Cart. 22. D. Estiennot, l. III, VIII, 2).

CCVI

Fondation d'anniversaires par les sires d'Osny.

(Vers 1190)

Noverint universi... Domnum Bartholomæum de Œniaco et Domnum Hugonem fratrem ejus dedisse ecclesiæ *Sti Martini*... pro faciendo anniversario patris sui Domni Radulphi Vasleth (105) et matris suæ Domnæ Emelinæ, et fratris sui Johannis monachi, et sororis suæ Aalis monialis et Gisleberti filii supradicti Hugonis, et om. ant. suorum, et suo pariter uxorumque suarum, novem solidos census singulis annis et tres sextarios bladi hybernagii, quos Domnus Johannes de Buxiaco sub Calvomonte (461) et hæredes ejus reddent unoquoque anno in crastino festi S^i^ Remigii in grangiâ suâ de *Buxiaco* pro pace de morte prædicti Gisleberti filii Dni Hugonis. De censu vero recipiet ecclesia tres solidos et septem denarios apud *Montger*...(32) ad octabas *Sti Dionysii* quæ Dno Bartholomœo de matrimonio matris suæ jure hæreditario debebantur ibidem, et sex denarios apud *Œniacum* (112) quos solvit Petrus de Groa de terrâ supra *monasterium* quam tenet de Dno Bartholomæo. Ex parte vero Dni Hugonis recipiet ecclesia quinque solidos quos reddet singulis annis Ramboudus de Umblevilla (192) de redditu orti de *Cornillon*. Reddetur autem hujusmodi, videlicet I sextarium avenæ ad Natale Dni et duos panes et duos capones et tredecim denarios par. per annum et II pullos et XV ova ad Pascha. Fiet autem hoc anniversarium semper in crastino Octabarum Paschæ et dabitur pro eis ad eleemosinam quantum pro duobus professis in refectorio.

(Ex pervertusto codice mss. in quo descripta est in fine Vita Sancti Martini. — D. Estiennot, l. III, IV, 11).

CCVII

L'abbé Guillaume III est témoin d'une donation de Jehan de Montchevreuil.

(Après le 25 Avril 1192)

N. s. o. t. p. q. f. quod ego Johannes de Montechevrel (417) et Willelmus de Valle Domini Petri (441) et Anculphus fratres mei, pro animabus nostris et antecessorum nostrorum dedimus ecclesie de *Valle Bte Marie* (407) in perpetuam eleemosinam unum modium bladi, dimidium scilicet annone, et dimidium avene, scilicet de annuo censu

(461) Boissy-le-Bois, cant. de Chaumont-en-Vexin (Oise).

duorum modiorum annone et duorum modiorum avene quem predicto ANCULPHO pro nemore de *Proverviler* prefata reddit ecclesia.... presente conventu et NICHOLAO clerico fratre meo... Hec omnia concesserunt JOHANNA uxor mea et liberi mei PETRUS, GILO, MARGARITA. Testes WILLELMUS abbas *Sti Martini de Pontis[ará]*, Yvo (462) abbas de *Marchesio rad[ulphi]*, DROCO can[onicus] ejus, REGINALDUS MUSAVENE, RERICUS DE HESENVILLA (463), HAYMO DE POELI (44).

(A. N. Cartul. de N. D. du Val, LL 1541, fol. 17).

CCVIII

Maurice de Sully, évêque de Paris, érige le Plessis-Bouchard en paroisse.

(5 Avril-30 Novembre 1192)

In nomine... MAURITIUS... Nos variis importunitatibus et periculis habitatorum de *Plesseiz* compatientes, capellam illius loci ad ecclesiam *Sti Lupi* (290) pertinentem matricem instituimus ecclesiam, eamque ab omni debito et respectu ecclesie Sti Lupi penitus absolvimus. Abbati que et monachis *Sti Martini de Pontisara* etc. (formule de la charte CXCIX). Idem quoque jus habeant abbas et monachi in beneficiis altaris de *Plesseiz* quod in ecclesia et in altaribus *Sti Lupi* habere dinoscuntur. Synodum vero, etc. (*suprà*, n° CXCIX). Actum *Parisius* anno Incarnationis Dominice M° C° XC° II°, Episcopatus nostri XXX° II°.

(Orig. cart. 37 — D. Estiennot, l. III, IX, 3).

CCIX

Lettres de non-préjudice données par le chapitre de St Martin à l'Archevêque de Rouen, à l'occasion de l'élection de l'abbé Hellouin.

(Vers 1192)

O. Chr. f. ad q. p. s. p. totus conventus *Beati Martini de Ponteseia*, sal. in Dno. Noveritis quod monasterio nostro abbate carente, cum omnes pariter et unanimiter consensissemus in domnum HERLEWINUM ut ipsum nobis abbatem proficeremus, venerabilis pater noster WALTERUS (459) *Rothomagensis* archiepiscopus ad petitionem Dni nri PHIL[IPPI] illustris Francie regis, in eundem HERLEWINUM consensit, et electionem nostram

(462) *Yves*, abbé de Marcheroux, siégea du 25 avril 1192 au 2 août 1198. (D. Estiennot, l. II, fol. 202).

(463) Ezanville, cant. d'Ecouen.

quam contra jus suum et ecclesie sue factam esse dicebat, salvo jure suo et ecclesie sue et nostre in posterum confirmavit. Ita quod nos omnes concessimus et permisimus ei quod quicquid in electione aut confirmatione ista actum est, nullum eidem Dno archiepiscopo sive ecclesie sue aut successoribus suis prejudicium generabit.

(Orig. Arch. de la Seine-Inférieure, G 1846. Fragment de sceau ovale représentant un abbé : *Sigillum Sci M... ...iensis*) — D. Estiennot, l. I, cap. xv. (Transcrit au Cartulaire de Philippe d'Alençon. Arch. de la Seine-Inférieure, G 7, fol. 504.)

CCX

Lettres de l'Évêque de Paris à l'Archevêque de Rouen, au sujet de la bénédiction donnée par lui à l'abbé Hellouin.

(1192)

Venerabili patri et domino W[alterio] Dei gratia *Rothomagensi* archiepiscopo, M[auritius] ecclesiæ *Parisiensis* minister humilis, salutem et devoti obsequii plenitudinem.

Ne nostræ possit in posterum imputari præsumptioni quod abbati *S. M. de Pontisarâ* manum benedictionis apposuimus, Charitati vestræ testimonium veritatis exhibemus, nos ad benedictionem abbatis illius non nostrâ voluntate ingessisse, sed de auctoritate et præcepto Domini Octaviani *Hostiensis* episcopi tunc Legati (464), benedictionem illam sicut oportebat fecisse. Huic autem rei testimonium perhibere duximus ne in præjudicium Ecclesiæ *Rothomagensis* aliquid fecisse videamur.

(Source non indiquée. D. Estiennot, lib. I, cap. xv).

(464) *Octavien*, évêque d'Ostie (1189-1206) fut envoyé comme légat en Angleterre par Urbain III et en Normandie par Célestin III, l'an 1192.

CCXI

Philippe de Beaumont donne à St Martin un muid de blé à Belle-Eglise.

(Vers 1195)

In nomine... Ego PHILIPPUS frater MATHEI comitis BELLIMONTIS (465) do ecclesiæ *Bti Martini Pontesiensis* in perpetuam eleemosinam, dimidium modium bladi in molendino de *Bereclisia* (94) cujus due partes erunt frumenti, tertia grosse annone. Ut autem hoc donum firmum maneret, presentem cartham sigillo meo confirmo coram testibus. Hec sunt nomina eorum: RADULFUS DE PUTEOLIS (466), TEOBAUDUS DE CAMPANIIS (467), TEOBAUDUS miles, presbyter de *Boornello* (39), WILLELMUS ANGLICUS (468). Sciendum quod anniversarium meum annuatim fiet in ecclesia *Bti Martini Pontesiensis*.

(Ex authentica. — D. Estiennot, l. III, III, 5. — Orig. carton Demay. Sc. fruste de Philippe de Beaumont, à cheval, l'épée droite. — Pièce inconnue à Douët d'Arcq.)

CCXII

Le même fonde son anniversaire dans l'église d'Hamecourt.

(Vers 1195)

In nomine... Ego PHILIPPUS frater comitis *Bellimontis*. Volumus nosse universitati vestre quod ecclesie *Bti Johannis de Haimocort* (469) v sol. par. de censu meo in festo S. Remigii apud *Corcellam* constituto (470) accipiendos concedimus ut in mei memoria et omnium fidelium defunctorum diem anniversarium mei obitus singulis annis incipientes pie recordationis affectu satagant

(465) Les fondations de *Philippe*, frère de *Mathieu III*, comte de Beaumont-sur-Oise, à diverses abbayes, sont de 1190 à 1196. (Douët d'Arcq, *Rech. sur les comtes de Beaumont-sur-Oise*). — Celle-ci fut l'objet d'un accord entre Mathieu III, frère de Philippe, et Pierre I, abbé de St Martin, en 1199.

(466) Puiseux (le Hauberger, près Chambly), cant. de Neuilly-en-Thelle (Oise).

Raoul de Puiseux, chevalier, figure dans des chartes de 1184 à 1199 (Douët d'Arcq, pp. 29, 41).

(467) *Thibaut de Champagne*, chevalier, figure dans des actes de 1190 (Douët d'Arcq, pp. 53, 68).

(468) *Saint Guillaume*, prêtre anglais, chapelain de Philippe-Auguste, fondateur de la paroisse N.-D. de Pontoise, mort le 10 mai 1193. (Rigordus, *De Gestis Philippi Augusti*).

(469) Hamecourt, comm. de Bornel, cant. de Méru (Oise).

(470) Courcelles, comm. de Presles, cant. de l'Isle-Adam.

celebrare.... (Testes) HUGO DE PARCENC (262). RADULFUS DE PUISEUS (466). TEOBALDUS DE CAMPANIS (467), Decanus de *Joy* (471), Sacerdos de *Campanis* (171), Sacerdos de *Boornel* (39), PETRUS DE BORRENC (395), ODO DE ROLLEVAL (263), RICHARDUS DE BORRENC, GARINUS major de *Campaniis* (171).

(Orig. cart. 41. — Pièce inconnue à Douët d'Arcq. Ex ipsâ authenticâ. D. Estiennot, l. III, II, 13. — Sigillum repræsentat Dnum Philippum equo insidentem, districtoque ense hostes insequentem. Gentilitium stemma reperitur in tumulo comitis Bellimontensis (uti fama tradit) in ecclesia prioratus Sti Leonorii Bellimontensis, tale : *de... au lyon de..... chargé d'une escarboucle* (D. E.)

CCXIII

Mathieu III, comte de Beaumont, confirme cette fondation.

(1195)

Ego MATHEUS Comes *Bellimontis*... volumus nosse universitatem vestram quod PHILIPPUS frater meus ecclesie *Bti Johannis de Haimocort* v sol. par. de censu suo in festo S. Remigii apud *Boornellum* (39) singulis annis recepturum concessit et donavit, ut in memoriam ejus, et MATHEI patris mei et MATHILDIS matris mee, fratrumque nostrorum MATHEI et JOHANNIS, sororumque nostrarum, quarum utraque dicta fuit AALILDIS, diem anniversariam sui obitus singulis annis incipientes pie recordationis affectu satagant celebrare. Ut hanc donum ratum habeatur, sigilli nostri impressione et sigillo PHILIPPI jam prefati, testium quoque qui affuerunt subscriptione firmavimus : RADULFUS DE PUTEOLIS (466), RICHARDUS DE BORRENC (395), HUGO DE BOCONVILER (144), PETRUS HISDEUS (437), GARNERIUS prepositus. Actum publice apud *Campanias* (171), anno Incarnati Verbi M°. C°. XC°. V°.

(Orig. Cart. 41. — Pièce inconnue à Douët d'Arcq. Transcription fautive, d'après un cartulaire mss. d'Amblainville, dans D. Estiennot, l. III, II, 14).

(471) Jouy-le-Comte, cant. de l'Isle-Adam.

CCXIV

Diplôme de Philippe-Auguste confirmant une aliénation temporaire des biens de l'Abbaye faite par l'abbé Hellouin à Hugues de Gournay.

(Mai 1195)

PHILIPPUS Dei gratia *Francorum* Rex. Noverint universi ad quos litteræ præsentes pervenerint, quod HELLUINUS abbas et totus conventus *Sti Martini Pontesiensis* dilecto nostro HUGONI DE GORNACO pro trecentis libris Parisiensis monetæ concesserunt quasdam possessiones suas libere et quietè totâ vitâ ejusd. HUGONIS, ab ipso Hugone possidendas, scilicet granchiam suam de *Joy* cum nemore et terris et campiparte et omnibus ad eand. granchiam pertinentibus (185) et quasdam vineas, scilicet *clausum* ILDEBURGIS (272) et vineam de *Trou* et de *Roquenel* et de *Bertein*, et le *Quarteron*, et le *Pruneroy* et *torcular* suum *de Joy* cum omnibus ejus pertinentiis. Ita quod quidquid in eorum granchiâ ædificaverit, vel in terris, vel in vineis, vel in torculari vel vasis fecerit, ad abbatem et conventum prædicti loci post decessum prædicti HUGONIS, integrè et sine aliquâ contradictione, cum omnibus prædictis, exceptis animalibus, sine omnium expensarum restitutione redibit, neque res ipsorum in manum alterius quam in suam vivens vel moriens mittere poterit, neque post mortem suam aliquis de hæredibus prædicti HUGONIS, in rebus predictis poterit aliquod jus clamare. Redditus etiam qui de rebus prædictis debentur ab eodem Hugone in integrum persolventur. Nos autem ad petitionem utriusque partis, id sigilli nostri authoritate præcepimus confirmari. Actum *Paciaci* (272) anno Incarnati Verbi M° C° nonagesimo V°, mense maio.

(Ex ipso diplomate. D. Estiennot, l. III, IX, 1.)

CCXV

Diplôme de Philippe-Auguste, réduisant St Martin en prieuré dépendant de St Denis, pour la réforme de l'Abbaye, du consentement de l'abbé Hellouin.

(1er Novembre 1196 — 5 Avril 1197)

In n. S. et Ind. T. Amen. PHILIPPUS D. g. *Francorum* Rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos ex consensu et voluntate GALTERII *Rothomagensis* archiepiscopi et dilecti nostri magistri HELLUINI abbatis *Sti Martini Pontisariensis*, concedimus ut prefatum eorum *monasterium Bti Martini* cum omnibus pertinentiis ubicumque fuerint, eo quod faciente negligentiâ coha-

(272) Pacy-sur-Eure, arr. d'Evreux.

bitantium sit dissolutum, subjiciatur *monasterio Bti Dionysii*, quatinus monasterium illud redactum in prioratum per providam correctionem abbatis et conventus Bti Martyris, reformari possit et ad debitum statum pristine religionis salubriter gaudeat se reduci. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam precepimus confirmari. Actum apud *Compendium* (473) anno ab Incarnatione Dni M° C° XC° VI°, regni vero nostri decimo octavo. Astantibus in Palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : Dapifero nullo. S. Guidonis Buticularii. S. Mathei Camerarii. S. Droconis Constabularii. Data vacante Cancellaria.

(Orig. scellé, A. N. K 26, n° 25. — Cartul. blanc de St Denis, A. N. LL. 1157, fol. 650. — D. Estiennot, l. III, IX, 4, d'après D. Doublet, p. 893. — D. Félibien, *Hist. de St Denis*, pr., CXIV. — Cart. normand, p. 279, n. 1061. — Cité par M. Léopold Delisle, *Actes de Philippe-Auguste*, p. 504, et par Tardif, *Cart. des Rois*, n° 717).

CCXVI

Richard IV de Banthelu confirme les libéralités de son père Richard III.

(1er Novembre 1196 — 5 Avril 1197)

Notum sit... quod ego Ricardus de Bantelluto filius Dni Ricardi concedo... ecclesie *Bti Martini de Pontisara*... eleemosinam patris mei R. scilicet quadraginta solidos census in villa de *Argentolio* (282) ad octabas S^i^ Dionysii, cum omni dominatione ejusdem census. Quod si de pred° censu XL solidi compleri non possunt, de alio redditu meo quem habeo in predicta villa de *Argentolio*, sicut meus pater dedit et concessit, suppleatur. Et omnes capones qui patri meo reddebantur ad Natale Dni. Et ut hoc ratum sit et firmum, *in capella Beate Marie* que est apud *S. Martinum de Pontisara*, corporale prestiti sacramentum, hanc meam concessionem et confirmationem de cetero me bene et fideliter observaturum, et de commissis preteritis à priore et conventu absolutionem impetravi. Juravi etiam quod eorum possessiones omni vita mea, in nullo dampnificarem, nec permitterem aut consentirem ab aliquo dampnificari. Hec autem pres^i^ scripto et sigilli mei impressione confirmo. Auctum hoc est anno ab Inc^e^ Dni M° C° nonagesimo sexto, in capitulo *S. Martini Pontisariensis*, presentibus ibidem ...L...MO (Willelmo) priore, Odone suppriore,

(473) Compiègne (Oise).

Gaufrido eleemosinario, Teolbaudo sacrista, Bartolomeo quoquinario et relicto conventu (474); presentibus etiam et astantibus laicis Richardo Drapario, Johanne Haubergier, Arnulfo Carpentario.

(Orig. Cart. 34. — D. Estiennot, l. III, IX, 2.)

CCXVII

Bail, pour 24 ans, de terres à Osny.

(1198)

Noverint universi quod ego Petrus *Sti Martini Pontesiensis* abbas, et conventus communi consilio et voluntate, Herberto de L'Estache et fratribus suis Aurico, Gisleberto et Gaufrido, filiis scilicet Huberti de Monasterio, dedimus et concedimus ad medietatem terras nostras scilicet sex arpennos de *Ainval* et sex dictos *Forneaus* et quatuor desuper *monasterium de Oeniaco* (112), tali conditione quod ipsi habebant et possidebant terras prædictas viginti quatuor annis, et singulis annis firmabunt duos arpennos ejusdem terræ, etc....

Auctum est hoc anno Incarnati Verbi m° c° nonagesimo octavo.

(Ex Cartulario D. Estiennot, l. III, X, 1.)

CCXVIII

Jehan de Gisors confirme la vente de la dîme du Bellay à St Martin.

(1199)

Notum sit... quod ego Johannes de Gisortio confirmavi Deo et ecclesie S. M. P. venditionem decime de *Beleio in Vulcasino* (343) que est de feodo meo, que vendicio facta fuit tempore Teobaldi avunculi mei de Gisorcio et tempore Gaufredi ejusd. eccl. abbatis... Anno ab Incarnati Dni M° C° XC° nono, auctum est hoc.

(Orig. sans sceau, Cart. 30. — Ex authenticâ. Sigillum est omnino confractum. — D. Estiennot, l. III, X, 2.)

(474) Colligi posse videtur ex hâc carthâ quod sedes abbatialis fuerit vacans (D. E). En formulant cette hypothèse, Dom Estiennot a perdu de vue que, précisément à cette date, l'abbaye de St Martin venait d'être provisoirement réduite à l'état de prieuré dépendant de St-Denis.

CCXIX

Echange entre Mathieu III, comte de Beaumont, et l'Abbaye.

(1199)

Ego Matheus comes Bellimontis n. f. quod discordia erat inter me et ecclesiam *Bti Martini de P.* super duabus modiis bladi quos reclamabant in molendino de *Bereglisia*; ego autem eis non deberi dicebam. Tandem in hunc modum pacis convenimus: Monachi jamdicte eccl. quidquid juris redditus habebant in decima de *Parcenc* (262) et dim. modium bladi quam annuatim in granchia *Bereglise* (94) de elemosina Philippi fratris mei percipiebant mihi et hered. meis in perp. possidendum concesserunt. Ego vero... de assensu uxoris mee Elienor filie comitis *Suessionensis* concedo eis tres modios bladi hiemalis... unum in granchia mea de *Campaniis* (171) in festo S. Remigii, reliquos vero duos modios in molendino de *Bereglisa* reddendos inter festum S. Andree et Natale Domini... Si forte molendinum de B. quocumque modo ad hoc redactum fuerit quod ad percipiendum prefatum bladum non sufficiat, in molendino meo de *Boornel* (39) percipietur. Molendinarius vero monachis fidem faciet quod bladum... non pejorabit... Astantibus istis... Stephanus prior ecclesie *Bti Martini de Pontisara*, Gaufridus de Liescort (136), Nicholaus decanus de *Sto Martino*, Erardus capellanus comitis, Radulphus de Puisex (466), Theobaldus de Ranqueroliis (176), Varinus prepositus. Actum anno ab Inc. D. m° c° nonag° nono.

(Orig. Cart. 34. — Charte identique de l'abbé de St Martin débutant ainsi: « Ego Petrus Dei gratia *Beati Martini de Pontisara* abbas... » Arch. Nat. J 168, n° 9. Original parch. scellé des sceaux de l'abbé et du couvent, en cire blanche, sur attache de peau. Voir l'Inv. des Sceaux, n°s 8959 et 8339. — Publié par Douët d'Arcq, *Recherches sur les comtes de Beaumont-sur-Oise*, p. 28).

CCXX

Richard IV de Banthelu autorise l'abbaye à constituer un receveur à Argenteuil.

(Vers 1199)

Ego Richardus de Bantellu concessi et confirmavi ecclesie *Bti Martini de Pontisara* elemosinam patris mei Richardi, quam ipse dedit eidem ecclesie apud *Argentolium* scilicet omnem censum... et capones... cum dominatione et justicia ejusd. census et hospitum... et ecclesia S. M. habebit proprium famulum suum in eadem villa qui recipiet prefatos redditus

nomine dicte ecclesie, ita quod famulus ille mihi vel successoribus meis in nullo respondebit ; et ego vel successores mei auctoritate nostra capere, sessire vel ullo modo detinere non poteramus. Ad hoc confirmandum feci ego RICHARDUS presentem cartam sigillo meo communiri. Testes qui affuerunt : STEPHANUS ejusd. ecclesie prior (475), GIRARDUS prepositus, ADAM major communie (476), RICHARDUS DRAPARIUS, ODO frater ejusdem Richardi, ODO DE PETRALATA, HUGO DE GRISI, GUIARDUS DE VALLE HERMERI, JOHANNES HAUBERS, HERBERTUS SALNARIUS, DROCO clericus communie, et BERTINUS diaconus ; PETRUS DIVES de *Argentolio* qui in loco in quo hoc fuit concessum, ex parte abbatis et monachorum, factus et constitutus est famulus ecclesie *Sti Martini* de predicta elemosina et concessione et confirmatione mea et de voluntate et assensu meo qui hanc cartam sigilli mei corroboro.

(Orig. Cart. 34).

(475) *Etienne* était prieur en 1199; il fut élu abbé en 1201.

(476) *Adam de la Ruelle*, maire de Pontoise, appartenait à l'une des familles les plus anciennes et les plus riches de cette ville.

ANNEXES

VIES DE SAINT GAUTIER

premier abbé de St Martin de Pontoise

La Bibliothèque nationale possède, sous le n° 13776 du fonds latin, un précieux manuscrit du XIII[e] siècle, contenant le texte de deux vies différentes de saint Gautier, premier abbé de St Martin de Pontoise ; la seconde, de beaucoup la plus ample, est suivie d'un recueil intitulé : le *Livre des miracles de Saint Gautier*, rédigé par le même auteur.

Les deux vies du saint abbé, transcrites par Dom Estiennot dans le tome I[er] de *l'Historia Sancti Martini*, ont été éditées dans les *Acta Sanctorum* (1), ainsi

(1) *Acta Sanctorum Aprilis*, collecta, digesta, illustrata a Godefrido Henschenio et Daniele Papebrochio, e Societate Jesu. Tomus I, Antuerpiæ, 1675, in fol. — P. 753.

Voici comment s'expriment les auteurs de ce recueil au sujet de la publication des textes relatifs à Saint Gautier :

In hac diu conversatus, quanta asperitate corpus suum domaverit; quibus jejuniis, quibusque vigiliis dies noctesque continuando duraverit, quibus elemosinis profusus extiterit, dicere lingua non sufficit. Tibi enim, Jhesu Christe, soli sunt ipsius nota opera, quem nullum latet secretum, nullius occultatur consciencia. Te solum quesivit secreti sui facere participem, quem solum credidit fidelissimum remuneratorem. Cepit deinde Vir Dei ab incolis civitatis illius frequentari, et a nobilioribus tam (126) clericis quam laicis venerari. Qui tantam in eo sapientiam, humilitatem et morum probitatem cognoscentes, ab eo monita salutis audiebant, et eum toto affectu diligebant. Propterea invito ei ex multum reluctanti, crebra munera transmittebant, que saltem ab eo in necessitatibus pauperum expenderentur.

Que omnia larga manu distribuens, sua etiam omnia, quecumque habere videbatur, Domino obtulit; adeo ut quadam die, venienti ad se pauperi et elemosinam postulanti, non habens omnino quid daret, libros suos ei dederit, quatinus mutuam super eis pecuniam acciperet; quos Vir Dei postea redempturus esset (128).

(125) *Jean*, transféré du siège d'Avranches à l'archevêché de Rouen en 1068, gouverna cette métropole jusqu'en 1079.

(126) Ce mot est en interligne dans le manuscrit original.

(127) Les *Acta* écrivent: *corpus suum... acrioribus disciplinis, quibus exteriorem suum hominem mactabat, Deo dedicabat:* modification doublement malheureuse.

(128) L'industrie des prêteurs sur *namps* ou sur gages était alors très florissante. On sait que ce fut pour faire concurrence aux juifs et aux *lombards* et arrêter leurs terribles usures que les Papes inventèrent les Monts-de-Piété.

Alia etiam vice eidem pauperi, vestimenta sua, id est tunicam et cucullam dedit, que perendie *Majorismonasterii* monachi ei miserant[17], preciosa quidem et recentia. Sicque Vir Dei revera Christum in pauperem vestivit, et largitore algente inopem calefecit (129).

Interea querebatur a discipulis suis et non inveniebatur. Sed a quodam peregrino GUARINO nomine, qui peregrinando loca Sanctorum circuibat, tandem, Deo volente, repperitur; inventus monasterio nuntiatur; preces fratrum ad eum diriguntur; monasterii ejusdem destructio, quod fere ejus absentia destructum fuerat, et exordinatio (130) suggeritur; precibusque tam multis adquiescens, ad domum suam cui specialiter datus fuerat pastor, reducitur.

Postea autem *Romane* urbis Papam expetiit, HELDEBRANNUM (131) nomine; cujus saltem consilio et auctoritate tantum onus posset declinare. In cujus presencia Vir Dei cum lacrimis et intimis cordis suspiriis, veniam deprecatus est; se indignum, se crebro clamitans tanti oneris (132) et honoris minime esse idoneum.

Aliquantis itaque diebus *Rome* moratus, Domno Apostolico (133) notus ac familiaris efficitur, frequenterque ad colloquendum adsciscitur. Videns namque in Viro Dei admirandam scientie plenitudinem, predicandam humilitatem, eum (134) apostolica benedictione ad pristinum gradum revocare blandis eum increpans sermonibus, « non esse dignum, inquiens, hominem tam idoneum, sibi et aliis proficere valentem, suis utilitatibus esse intentum; debere ad monasterium suum redire, et oves dominicas quas pascendas susceperat, cum Dei adjutorio regere. »

Sed videns animum ejus inflexibilem in sua sen[17 v] tentia perdurare, cum summa obedientia et apostolica auctoritate curam ei pastoralem injunxit, insuper anathemate eum perculit, si amodo sine ejus licentia monasterium suum quod regendum susceperat, relinqueret. Deinde Vir Dei, apostolica auctoritate et benedictione roboratus, ad locum suum rediit, et deinceps evadendi aditum non quesivit. Quomodo autem reliquo vite sue tempore vixerit, vel quemadmodum

(129) Ici les *Acta* introduisent une deuxième division: *Caput II. Iter Romanum; Rex et Episcopi in concilio admoniti.*

(130) On a superposé dans le manuscrit *de* à *ex*, pour faire lire *deordinatio* .

(131) *Acta*: HILDEBRANDUM.

(132) Les *Acta* suppriment le second *se*, et mettent une virgule après *oneris*, adoptant ainsi une correction fautive opérée sur le manuscrit.

(133) Cette manière de désigner le Souverain Pontife était habituelle au moyen âge. L'Eglise l'a conservée dans une des invocations des Litanies des Saints. La traduction française de cette appellation était l'*Apostole*: c'est ainsi que le Pape est souvent désigné dans les *Grandes Chroniques* de Saint Denis.

(134) Nous nous conformons au texte du manuscrit, mais nous pensons qu'il faudrait lire *cum apostolica benedictione*. Les éditeurs des *Acta* ont intercalé entre parenthèses, après *gradum*, le mot *stustuit*. Ils ont apparemment voulu écrire *studuit*.

ex hoc seculo migraverit, quibusve miraculis post beatum finem claruit, in quantum nosse potuimus sequens sermo declarabit.

Fuit Vir Dei justicie rectique tenax, in tantum ut nulli peccanti, nulli suam injusticiam defendere volenti, parceret; immo regibus vel quibuslibet potestatibus prave agentibus, rationis libera voce contrairet.

Sciebat namque, sed et animo frequenter revolvebat, quid per Prophetam Dominus peccata hominum dissimulantibus improperat, dicens: « Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro Domo Israël, ut staretis in prelio in die Domini » (135). Adverso quippe ascendunt, qui quibuslibet potestatibus prave agentibus rationis libera voce non contradicunt. Et in die Domini pro Domo Israel in prelio (136) non stant, ac murum non opponunt, qui fideles innocentes contra perversorum injustitiam ex justitie auctoritate non defendunt. Vix enim pro culpa sua quemquam aperta voce reprehendunt, sed quod est gra[18]vius, si aliquin (137) aliqua ex hoc seculo prepotens (138) persona deliquerit, ejus multociens delicta laudantur, dum non reprehenduntur, ne si reprehendantur, forsitan adversantur.

Unde dum quadam die Philipi *Francorum* regis colloquium expeteret, ille sciens magnam Viri Dei animi constantiam et fortitudinem, qua peccata errantium non demülceret, sed feriret, erubescebat coram optimatibus suis aspera ejus invectione notari; ideoque secretum petiit. Quo adepto, taliter Vir Dei exorsus est ad eum loqui:

« Cum certum teneamus et absque ambiguitate credamus bonorum seu malorum que hic agimus, quemque manere sive gloriam sive penam; miror te, virum ad omnia quecumque intenderis erudissimum, non respicere mala que (126) indifferenter agis. Te enim posuit Dominus rectorem et ducem populo suo, unde dicit Apostolus: « Non est potestas nisi a Deo. Que autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit (139) ».

Si igitur, secundum Apostolum, a Deo potestatem accepisti, et dici et esse rex meruisti, debes populum Dei regere, non dissipare; que tibi a Deo precepta sunt facere, ab his que Deus prohibuit abstinere. Per te et a te Spiritus Sancti dona, que sunt gratuita, venduntur; a te munera que Deus reprobat, accipiuntur. Et si Sancti Spiritus dona, que sunt gratuita, tibi non licet dare, quanto magis vendere!

(135) Ezechiel, XIII, 5.
(136) Les *Acta* omettent ces deux derniers mots.
(137) Les *Acta* lisent *aliquando*.
(138) Les *Acta* omettent *prepotens*, au grand détriment du sens de la phrase.
(139) Saint Paul (Rom. XIII, 1).

Erat (154) Viro Dei contigua monasterio cui Deo [20] volente preerat, cellula, in qua ei erat consuetudo orare, multisque jejuniis et vigiliis et nimiis verberum cruciatibus suum corpus attenuare. In hac solus, solo Deo teste, orationi insistebat, et divine contemplationi operam dabat. Quis vero digne queat orationum instanciam, ac genuflexionum ejus numerositatem, quibus Divinam Majestatem venerebatur, verbis explicare, cum presertim, ut dictum est, solus solo Deo teste, in eadem cellula oraret, vigilaret, jejunaret et ceteris sancte virtutis exercitiis instaret?

Sed nequaquam, ut ipsa Veritas testatur, abscondi valet civitas supra montem posita, neque ponitur lucerna sub modio (155), sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt. Quanto magis Sancti viri opera sua latere querunt, tanto magis ad exemplum sancte conversationis sequentibus palam fiunt.

Cautus erat vir Dei et circunspectus ad sanctorum operum exercitia; inaniter enim perdere metuebat, que cum magno corporis labore et sui contritione spiritus acquirebat. Sciebat quippe quia laus impiorum brevis est, et gloria ypocrite ad instar puncti (156). Sunt enim plerique vanissimi simulatores, qui vento superbie inflati, dum corpus suum quadam abstinentia macerant videri ab hominibus jejunantes volunt, indeque humanos favores expetunt, magnos se apparere in conspectu hominum concupiscunt et turpes ante oculos superni Inspectoris esse non (157) erubescunt. [20 v] Predicationi inserviunt non ut populus de eorum predicatione in melius proficiat, sed ut sapientia eorum ipsis quibus predicant innotescat. Multa et magna munera egenis largiuntur, non ob hoc ut inde regnum Dei promereatur, sed ut transitoriam laudem que in affectu eorum dulcis est, assequantur. Qui nimirum secundum Veritatis attestationem, similes sunt sepulcris a foris quidem dealbatis, intus autem plenis ossibus mortuorum (158). Quibus cordi est in angulis platearum orare, salutacionibus vaccare, primas in cenis cathedras amare, ab hominibus *Rabbi* vocare velle. Sed que, rogo, ista demencia est, incassum corpus affligere, multa semina jacere, et nullum fructum recupere velle? Eterna premia perdere, et transitoria diligere? Que omnia vir Dei, divine amoris igne succensus, quasi venenum diaboli refugiebat, et jugiter illum Daviticum versum ori suo familiarem dicebat: « Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam » (159).

(154) Ici les *Acta* commencent leur troisième chapitre: *Caput III. Varia patientiæ, humilitatis et aliarum virtutum exercitatio.*

(155) Saint Matthieu (Evang. v, 15).

(156) Allusion à un passage de Job (xx, 5); le texte de la Vulgate porte *gaudium* et non *gloria*.

(157) *Acta*: *pavescunt*. Ce passage est une curieuse critique des *Libres-prêcheurs* de ce temps.

(158) Saint Matthieu (Evang. xxviii, 27).

(159) Psalm. cxiii, 9.

Habemus ejus magnanime humilitatis insigne documentum, quoniam cum esset Beato viro pecunia in necessitatibus pauperum expendenda, non eam per se neque per domesticos suos erogare volebat, sed taliter hoc facere disponebat, quatenus nulla nasceretur suspicio, qua hec ipsius agnosceretur esse largitio. Quodam itaque tempore, habens nummorum quantitatem, quosdam sibi valde familiares, MARCELLUM videlicet presbiterum et RAIMUNDUM diaconum [21] ad se ex *Pontisarensi castro* venire fecit, eisque dixit: « Quidam amicus meus pecuniam michi nummorum pauperibus erogandam tradidit; sed quia ad agenda talia insuetus sum, rogo dilectionem vestram ut taliter eam disperciamini, ne quisquam, quoad vixero, a me vobis arbitretur commissam. » Quid festinate jussa compleverunt, hujusque beneficii Beatum virum fuisse auctorem usque ad obitum ejus celaverunt. Quis illum unquam liberalem, quis circa pauperes crederet misericordem? Cum enim in conspectu hominum pauper aliquid ab eo peteret, vehementer ei quasi cum indignatione et ira obloquebatur, ut eum non (126) misericordem, sed durum arbitrari posses atque crudelem. Cum vero nemo adesset qui secreti sui arbiter esse posset, pauper revocabatur, reficiebatur, et in eo revera Christus adorabatur, qui et suscipiebatur.

Consuetudo preterea fuit ei, ut quociens pauperum peregrinorumque pedes abluere voluisset, non hoc agebat nisi aut cum monachi essent divina officia celebraturi (160) in oratorio, aut dum reficerent in refectorio, aut requiescerent in dormitorio.

Ita Vir Dei circa pauperes erat munificus, ut multociens ipsa eciam pedum calciamenta et cetera sibi necessaria indumenta eis preberet; ut neque cultellus, nec (161) assem valens resideret, que non in necessitatibus pauperum totum expenderet. Erat ei in supra scripta cellula lectulus, non magna plumarium molli[21 v]tie suffultus, sed tantum mathe super impositum cilicium, ut non facile nocere (162) posses, qua caput, qua etiam parte pedes ponerentur, et nostris temporibus alter germanus exhibebatur, cujus, ut in gestis ejusdem legitur, caput ab humeris per cervicis confinium nulla sublevavit adjectio. Nemo nostrum vidit eum jacere expoliatum, dum nec funiculus quo cingebatur deponeretur; raro etiam calciamenta de pedibus extraherentur. Asperrimo jugiter caro ejus

(160) Le texte primitif du manuscrit portait *celebrantes*. Les *Acta* ont substitué à ce terme le mot *recitaturi*.

(161) Les *Acta* ont introduit ici, entre parenthèses, la glose: *aliud quidpiam vel.* Mais ce qui est plus grave, ils ont transformé *resideret* en *retineret*, ce qui les a obligés à mettre *cultellum* à l'accusatif, au lieu de *cultellus*.

(162) *Sic*, pro *noscere*.

atterebatur cilicio, cui tamen preciose inherebant manice ex staminio facte, ut dum manice viderentur, cilicium interius non deprehenderetur. O laudabile per omnia fructum (163) quo Salvatoris jussa complentur, et ceteris ad exemplum humilitatis conservande tutela datur! Fecerat etiam sibi Vir beatus flagellum ex durissimis corrigiis, quarum summitates nodis exasperabantur firmissimis, quo unoquoquo fere die caro ejus crudeliter cedebatur. Cujus cesionis sonitus a secretariis ecclesie et a ceteris in ecclesia existentibus audiebatur, quanvis, ne audiretur, in secretiorem thalamum removeretur. Vestimentum vilissimum quo utebatur, numquam mutavit, nisi aut cum vetustate nimia solveretur, aut forte egenis tribueretur. Vidimus eum hora refectionis fratrum, more ebdomadarii (164) lectoris, legere, quoquine officio desservire, aliis ministrare, clibanum quoquendis panibus preparare. Unde quadam die, jejunii fatigatus afflictione, dum clibanum [22] calefaceret, ante os clibani pene exanimatus cecidit, manibus discipulorum inde ablatus est. Aliis in labore manuum occupatis, oblitus sue auctoritatis similiter occupabatur, et qui erat prior ordine prelationis, gaudebat se aliis parificari in exercitatione operis.

Si quando in refectorio cum aliis cogentibus fratribus reficiebat, quod tamen ipsum non leviter faciebat, nisi aut premissa (165) ei ab eisdem fratribus missarum supplicatione aut pauperum refectione, quasi per abstinentie sue recompensatione, quendam ex condiscipulis nostris aliquantis per secreti sui conscium, latenter premittebat, ut, ignorantibus ceteris, vinum de justa (166) sua auferret, aquamque infunderet. Erat cernere hominem tanta circumspectione semetipsum tueri, ut putantibus nobis eum copioso vino repleri, aquam biberet. Sicque studiose pisces qui forte afferebantur manu sua ablatis aristis (167) per parapsidem divideret, ut intuentium oculos falleret, arbitrantium eum revera pisces comedere, cum quidem nec eorum saltem saporem gustaret.

Providerat autem sibi Vir Dei fratrem Deum timentem, qui ad horam sue refectionis in sepedicta cellula per competentem fenestram panem et fabas nulla pinguedine vel sapore conditas ei deferebat, istisque alimentis suam artis-

(163) Mot rayé dans le manuscrit et remplacé en interligne par *facinus*. Les *Acta* ont corrigé *factum*, qui paraît la meilleure leçon.

(164) Les *Acta* introduisent ici le mot *fratris* qui paraît fort inutile.

(165) Les *Acta* écrivent, comme on doit lire, *promissa*.

(166) Les éditeurs des *Acta* ont mis en note : *Forte « mensa. »* Le sens de ce mot est pourtant clair : la *juste*, par opposition au verre, est un vase à boire opaque ; son nom vient de ce qu'on la regardait comme une mesure *exacte*. (L. de Laborde, *Glossaire français*).

(167) *Ossa seu spinæ in pisce vocantur a Francis « arestes », a similitudine quam habent cum aristis spicarum.* (Note des éditeurs des *Acta*.)

sime (168) humanitatem sustentabat. Ceterum, quod est dictu audituque mirabile, quot panes ei minister deferebat, tot sepe [22 v] ab eo recipiebat, unde luce clarius constat eum tantum per Dei virtutem fabis esse sustentatum et aqua. Sabbato etiam ei aqua (169) ad bibendum deferebatur, quam ipse sibi sepe numero hauriebat et deferebat; que usque ad aliud sabbatum non mutabatur. Quis vero audiendo credere poterit, nisi videndo didiceret, quanta ad standum in choro fuerit Beato viro perseverantia, cum vix illum quisquam psalmodie tempore in ecclesia sedere conspexerit? Labore interdum jejuniique afflictione defatigatus, seniles artus baculo sustentabat, et sic stans quousque psalmodie cantus in ecclesia finiretur, perseverabat. Finito matutinorum cursu, dum ceteri fratres, laboris relevandi gracia, paulisper quieti indulgerent, Vir Dei pervigil manebat, et orationi sancteque meditationi operam dans pernoctabat. Unde ob nimiam vigiliarum continuationem somni depressus gravedine, fronte in terra collisa, super genua et cubitos a secretario ecclesie inventus est obdormisse.

Cumque omnium virtutum ubertim Vir Dei floribus adeo decoraretur, maxime tamen humilitatis in eo enituit insigne documentum.

Omnibus enim imitandus, omnibus admirandus hic Pater noster, dum per omnia humilitatis itinera currere gestiret, omnibus nobis in unum positis, omnes namque ad hoc adesse preceperat, dixit: « Placeat cetui vestro, fratres karissimi, petitionique juste nullus ex vobis refragetur, ut quod ego, ut pote indiscretus omnibusque [23] facinoribus irrectitus (170), irracionabiliter, dictante scilicet ira, nullaque servata justicia, vobis multociens verborum, verberumque correctiones adhibui, liceat peccanti mihi lege, id est nudis pedibus totoque corpore circa renes tantum precincto, manibusque meis virgas disciplinatorias ferenti, in capitulum venire, et coram Deo et sanctis ejus, et vobis fratribus meis petere, et a vobis omnibus virgarum correctionem (171), dignam videlicet factis meis recompensationem, recipere, ut ita sempiternas, que pro eisdem mihi debentur, inferni penas merear evadere. Nullus prelationi mea, hoc in facto, a vobis servetur honor; sed magis in me vicia feriantur, quibus non honor est exibendus, sed rubor confusionis est adhibendus. Priores ordine et conversione

(168) Les *Acta* ont rétabli avec raison la forme grammaticale régulière *arctissime*.

(169) Ces quatre mots, nécessaires au texte, ont été complétés en renvoi, dans le manuscrit, en haut du feuillet 22 verso. Les *Acta* n'ont pas tenu compte de cette correction et ont lu: *fabis esse sustentatum. Et aque ad bibendum deferebatur.*

(170) *Acta: irretitus.*

(171) Le fouet était en usage dans les monastères comme dans tous les établissements d'instruction. La règle des chanoines, rédigée par l'évêque saint Chrodegang, en prescrit l'emploi lorsque les autres punitions ont été inefficaces.

in me prius verbera vicissim exerceant ; priores scilicet incipiant et juniores finiant: cujus correctionis modus in Prioris, loco meo presidentis, arbitrio consistat. Sciantque omnes quod qui durius me flagellaverit, hic amodo mihi carior erit. Qui vero mollius me tetigerit, et quasi iniquitati mee clemens esse decreverit, hic minime secundum Domini (172) me diligit, quia non defert honorem mihi, sed viciis ».

Quod audientes, omnes his Beati viri unanimiter contradicere cepimus verbis (173), dicentes « inauditum esse ut prelatus aliquis talia a discipulis suis quesierit, vel discipulis magistris suis [23 v] in talibus paruerint ; non debere eum hec facere, cum presertim satis fuerit jejuniorum, vigilarumque attenuatione, senioque excruciatus; et forsitam pre infirmitate sua inter flagella esset moriturus. » Sed quia Vir Dei miro ingenio eloquioque callebat, quanquam invitis diu multumque reluctantibus nobis, suasit (174). Quid plura? In capitulum venitur; Famulus Dei modo quo supradictum est expoliatur, coram majestate Dei in nostra presentia humiliter solotenus prosternitur. Stupor omnium nostrorum corda ad ejus introitum circumdedit; videntes namque hominem omni honore dignum, tanta vilitate contemptum, omne a nobis aufugerat consilium.

Undique erat dolor, undique luctus, undique suspiria, undique gemitus. Postquam a nobis diu ploratum est, senis, nos durius increpantis, nos molles effeminatosque vocantis, adquievimus voluntati. Itaque a prioribus inceptum est. Eramus circiter triginta fratres, qui omnes vicissim nobis succcedentes, Virum Dei virgis cedere cepimus. Videres hominem jejuniorum vigilarumque nimietate (175), simul et senectute debilitatum, inter flagella constantem, unumquemque proprio nomine vocitantem, et ad cedem suam instigantem, fortique voce clamantem : « Manus vestras non agnosco; verbera vestra, molliter me palpantia, non sentio. »

Decursa autem a majori usque ad minorem [24] qui adhuc puer (176) sub regulari disciplina in scolis erat, diu optata virgarum cesione, rursus Famulus Dei induitur; omnibus gratias agit, ipsoque die gratulabundus nobis conviva efficitur. Perpendendum est quanta vir Beatus hoc in facto preconiorum gloria ab omnibus sit attollendus (177), videndum que virtus, quis ex ista virtute sequetur

(172) Les *Acta* ont corrigé avec raison *Dominum*.

(173) Le biographe semble ici relater un souvenir bien personnel.

(174) *Acta: persuasit*, suivant une correction du manuscrit.

(175) Une correction postérieure du manuscrit donne la leçon *numerositate*, adoptée par les *Acta*.

(176) Les *Acta* écrivent : *qui ignarus* au lieu de *qui adhuc puer*.

(177) Les *Acta* ajoutent ici : *Cumque omnium virtutum nomina Vir Dei floribus decoraretur, mox videndum quæ virtus*, etc. Ce passage ne figure pas dans notre manuscrit.

triumphus. Dicat quisque quod senserit, prefero Beati viri humilitatem illuminationi cecorum, curationi leprosorum, omniumque sanationi morborum. Unde quibusdam de miraculorum potentia superbientibus et dicentibus: « Domine, nonne nomini tuo prophetavimus, demona ejecimus, virtutesque multas fecimus », in fine Dominus dictus est (178): « Amen dico vobis, nescio vos ». Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum pulverem portat. Magna est profecto virtus humilitatis, que quantum inclinatur ad ima, tantum proficit ad summa. Sine hac nemo potest Deo placere; per hanc quisque valet ad virtutum culmina conscendere. Hanc vir Beatus semper in corde suo tenuit, per hanc non solum magistris, verum etiam subjectis suis subici voluit (179).

Lectio prima.

In illa autem quadragesima qui Beato viro fuit postrema, semetipsum acrioribus jejuniorum, vigiliarum, sanctorumque operum exercerit emolumentis, ita ut in comparatione eorum priores ejus cruciatus leviores esse putarentur. Fuit namque ei consuetudo, ut omni tempore ex quo cenobialem [26v] suscepit actitare miliciam, semper priori vite aliquid adderet, ut ab incepto fervore per tepiditatem non refrigesceret, et benefaciens non lassesceret, sed divino igne inflammatus, de virtute in virtutem proficeret; et quanto corpus senectute longaque inedia aresceret, tanto animus victor annorum ad appetenda majora inardesceret; ut cum Apostolo veraciter dicere potuisset: « Quando enim infirmor, tunc fortior sum et potens (180). »

Lectio II. Unde toto spatio jamdicte quadragesime compertum est nobis libram panis, que cotidie ex precepto beati Benedicti monacho apponitur, Beatum virum non comedisse, sed tantum fabis et aqua, in lacrimis et mensura, usum fuisse.

Dominica autem illa in qua Salvator et Redemptor noster, appropinquante hora Passionis sue, in asino Iherusalem venire, et a pueris Hebreorum cum floribus et palmis sibi obviari, et ab eisdem rex appellari ac laudari voluit; tanta nos verborum suorum suavitate refecit, ut tanquam vale dicens nobis, eatenus tam dulciter tamque amicabiliter non sit locutus. Ipsa quoque die, cogentibus nobis, ultimum nobiscum convivium celebravit. Sequenti die, cantante eo missam, vi febrium graviter urgeri cepit, viribusque corporis destitui.

Lectio III. Vocato denique quodam fratre, qui ejus jussione membranas ad conficiendum ei breviarium inciderat, presago imminentis sue corpore resolu-

(178) On a corrigé dans le manuscrit *dicturus*.

(179) Ici les *Acta* font commencer une nouvelle division. *Caput IV. Extrema exercitia. Morbus. Obitus.*

(180) Saint Paul (II Corinth. XII, 10).

tionis spiritu, dixit : « Opus mente conceptum dimitte: Non enim liber [25] iste quem scribere disponebas, michi erit profuturus; immo magis sequentium voluntate relinquatur, qui aliis post obitum meum utilitatibus membranas incisas deputabunt. »

Lectio IIII. Cepit deinde Vir Dei majoribus stimulis coarcari (181), et de die in diem ad exitum propinquare; convocatisque nobis quos paterno affectu dilexerat et quos a mundialibus illecebris abstractos in timore Dei educaverat, more ecclesiastico, oleo sancto petivit inungi. Fit ad eum processio; ut voluerat inungitur (182), reum se de peccatis suis coram Deo et Sanctis ejus in presentia nostra confitetur; absolvit omnes et ab omnibus absolvitur. Deinde osculatis omnibus nobis, et cum multis intimi cordis fletibus suspiriisque, gloriosa Passionis Dominice memoria venerata, Sacramentorum nostre Redemptionis particeps efficitur.

Lectio V. Interea cepimus omnes de Beati viri imminenti transitu irremediabiliter contristari, timentes ne ejus absentia ordo monasterii nostri dissiparetur, neve sublato pastore grex Dominicus lupinis morsibus patens dispergeretur, aut ne, unde major dubietas excreverat, Rege muneribus corrupto, aliquis per symoniacam heresim ad suscipiendum loci nostri regimen ingrederetur. Rursum convocatis omnibus nobis, hoc modo assistentes alloquitur :

« Nolite, inquit, filii mei, contristari; nolite de mea nimium corporali resolutione mestificari. Confidite in Domino, omnem sollicitudinem vestram projicientes [25 v] in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

Lectio VI. « Confirmetur in vobis caritas Dei, ut sitis concordes, fraternitatis que spiritualis amatores. Etenim si secundum Deum vos invicem dilexeritis, sciatis procul dubio quod in omnibus vobis Dominus cooperator erit. Prope est, secundum veridicam Psalmiste vocem, Dominus omnibus invocantibus eum in veritate (183). Voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet. Nolite in alterutrum detrahere. Omnes enim detractores et murmuratores Deo sunt odibiles. Nolite a sancto proposito deviare. Si enim, discedente me, a sancto proposito deviaveritis, et scismata inter vos habueritis et exordinationes (184) levium personarum consenseritis, manifestum est non Dei amore, sed magistri vestri timore hucusque vos in religione mansisse (185). Si vero, sicut usque ad hanc diem, in humilitate, in concordia, in caritate manseritis,

(181) *Acta : coarctari.*

(182) Les *Acta* ponctuent : *Fit ad eum processio ut voluerat; inungitur.* Nous avons rétabli la ponctuation du manuscrit, bien conforme d'ailleurs au style de l'écrivain.

(183) Psalm. CXLIV, 19.

(184) *Acta : Et ordinationibus.*

(185) Ici, au XVI^e^ siècle, on a coupé la 6^e^ leçon pour faire commencer la 7^e^.

providebit Dominus fidelissimum domui sue dispensatorem qui vos, melius (186) quam ego, spiritualiter et corporaliter in omnibus secundum Deum confovebit. »

His et hujusmodi exhortationibus in consolationem nos venire gestiens, stolam sancto collo suo imponi fecit, dexteraque sua baculum pastoralem tenens, nos omnes absolvit ea voce qua potuit, Domino tutori et auctori omnium commendavit.

Adveniente autem quinta feria in qua Dominus cum discipulis cenavit, et ad humilitatis formam eorum pedes abluens, eis corporis [26] et sanguinis sui sacramentum tradidit et a discipulo Judeis traditus est, assistentibus sibi Fratribus ait: « Non diutius hic morabor. Cras enim, Deo volente, ex hac sum luce migraturus. » Quod et factum est. In die enim Parasceve, precepto vivifico corpore et sanguine Domini nostri Ihesu Christi omnibusque ecclesiasticis rite ordinatis, cum jam sero factum esset, cepit in ultimo spiritu laborare, brevique intervallo incumbente, scilicet nocte, relicta corporali gleba, spiritus ejus angelico ductu ad beate requiei sinum transmigravit.

Lectio VII. (187) Cum vero ab abluendum corpus ejus nudatum fuisset, vidimus carnem ejus niveo candore micantem, nullaque in universa corporis parte saltem tenui macula fuscatam. Jam quandam future resurrectionis speciem pretendebat, ut non jam humanum sed angelicum, quod videbatur, esse crederetur. Non enim, sicut in exanimi corpore videri solet, pelle protensa ossa ejus carne deficiente nudata sunt, sed cum quadam specie mediocriter repleta, ut non facile crederes unquam Beatum virum carnem suam cilicio texisse, aliquave abstinentia macerasse, sed semper in deliciis vixisse.

Sepultus est in oratorio Beatissimi Martini, qui ab eodem edificari jam ex magna parte inceptum fuerat, in loco quo sepeliri se jusserat. In quo loco, per gloriosa Beati viri merita, plurima ostenduntur miracula, veluti sequentis libri testatur paginula (188).

Transiit autem sancte recordationis Pater noster Beatissimus Gauterius vi^to^ idus aprilis, anno ab Incarnatione Domini millesimo nonagesimo quinto, indicione tertia, regnante Domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre et Spiritu Sancto, vivit et gloriatur Deus per infinita secula seculorum. Amen.

Explicit vita vel transitus Beati Gauterii abbatis. Incipit Liber Miraculorum ejusdem. Prologus in eodem libro.

(186) *Acta: mitius.*

(187) Au xvi^e^ siècle, on a effacé cette rubrique pour y substituer le mot *finis*, indiquant que la 7^e^ leçon s'arrêtait ici.

(188) Ce qui suit a été omis par les éditeurs des *Acta sanctorum*.

LIVRE DES MIRACLES DE SAINT GAUTIER

Multi diversis pro causis animum suum ad scribendum res gestas appulerunt, alii ut eorum ingenia, ipso usu scribendi quasi confricata, clariora redderentur ; alii ut per hoc apud aures hominum famosiores efficerentur, indeque honores et lucra maxima consequerentur ; alii ne res geste, per longinquitatem temporum delete, de memoria hominum tollerentur.

At michi beati Gauterii vitam omnibus bonis appetendam, transitumque ejus de hoc seculo scripsisse ; miraculaque illius, quibus post beatum finem famulum suum Dominus clarificare dignatus est, denuo scribere velle, summa causa obedientia est. Que virtus, videlicet (189) obedientia, humilitati conjuncta, omnium virtutum jure major est effecta ; dum non solum ea que norunt homines acertitare (190) satagit, verum etiam ea que non noverunt (191) accentare (192) cogit.

Hec mihi balbutienti nec dumque ad plenum verba integra formare valenti, ea que non possum facere precepit. Unde rogo omnes qui hoc opusculum lecturi sunt, quatinus dent ignorantie mee veniam. Fateor enim me ultra vires meas presumpsisse: sed tamen malo me Beati viri opera qualicunque stilo parare, quam omnino exinde reticere.

Explicit prologus. Incipit miracula [*sic*] (193).

Lectio I (194).

Post gloriosam igitur corporis sui depositionem, cepit locus sepulture Beati viri a multis frequentari : inter quos erant multi promiscui sexus, debiles et egroti, salutis remedia postulantes. Per gloriosa autem viri Dei merita, conferebat Dominus (195) multa sanitatum genera. Nam cecis visus, claudis gressus, aliisque cujuscumque languoris et doloris integra restituebatur salus.

(189) *Acta : scilicet.*
(190) Le scribe avait écrit d'abord : *actitare*, leçon conservée par les *Acta*.
(191) *Acta* : *norunt.*
(192) *Acta : attentare.*
(193) Au lieu de cette transition, les *Acta* introduisent cette division : *Caput I. Sanati contractus, claudus, mutus, febricantes, et furibundi.*
(194) En marge : *Lectiones in octabis*, d'une écriture plus petite.
(195) *Acta : Deus.*

Lectio II. Eodem tempore fama virtutum ejus usquequaque discurrente ex *Normannie* partibus puer quidam a parentibus ad Beati viri patrocinium allatus est; qui ita nervorum ariditate et juncturarum inflexibili nodositate, a renibus, per coxarum et poplitum tibiarumque confinia, contractus erat, ut natibus talis inherentibus viciataque natura, nullatenus membra premortua sua valerent adimplere officia.

Lectio III. Ceperunt autem parentes ejus superna implorare subsidia; ut per Beati viri merita, egro celitus salutifera impenderetur medicina. Affuit supplicantibus eis Divina clementia; suffragantibusque Sanctissimi viri meritis, egro salus redditur diu desiderata. Miratur se propriis vadere plantis, qui tamdiu manibus subvectus fuerat alienis. Sed ne cito hoc [27ᵛ] miraculum ab hominum tolleretur memoria, indubitata scire et videre cupientibus manserunt argumenta; quousque enim in hac vita superfuit, vestigia talorum visa sunt in ejus natibus impressa.

Lectio IIII.

Per idem tempus quidam infra pubertatis annos, ita omnium membrorum suorum officio dampnatus fuerat, ut nunquam gressum movere, verum etiam nec jacens in aliud se latus potuerit vertere. Qui suorum pia sollicitudine parentum, ante viri Dei sepulcrum depositus, salutis remedium implorare simul et expectare cepit. Nec diucius sua est expectatione frustratus; immo Dei miseratione et misericordia respectus, membrorum suorum cepit paulatim vegetationem recuperare, et post modicum, nullo regente, novos cepit gressus temptare. Inde in presentiam nostram adductus, redditam ei divinitus comprobavimus sospitatem; unde Divinam laudare et magnificare cepimus virtutem. Vocabatur autem iste RADULFUS.

Lectio quinta.

Quidam denique diaconus, nomine RAIMUNDUS (196), de quo in superiore libro dictum est quoniam elemosine Beati viri dispensator fuerit, vapore(197) febrium cruciabatur validissimo. Hic de Dei misericordia et Famuli sui virtutifera confisus potentia, advenit et pre multitudine languentium ibi salutem expectantium, propius accedere non valens, a longe stetit et voce qua potuit clamavit: [28] « Obsecro te, Serve Dei omnipotentis, ut qui in veritate (198) Domino servisti (199), mihi quem plurimum, in hac vita degens, sincero amore

(196) Ce diacre *Raimond* était apparemment, comme le prêtre *Marcel*, un des chanoines de Saint Mellon.

(197) Correction interlinéaire postérieure : *algore* adoptée par les *Acta*.

(198) *Acta* : *virtute*.

(199) *Acta* : *servivisti*.

dilexisti, refrigerium quantocius a Domino impetrare digneris ». Hec cum lacrimis repetens, nec plura effatus, statim evomito omni felle doloris sanus ad domum suam rediit, et gratias Deo sanctoque GALTERIO pro concessa sanitate retulit.

Lectio sexta.

His etiam diebus alius eodem nomine vocitatus, eodem morbo graviter infirmabatur. Erat autem iste negociator, in *Pontisarensi castro*, sicut ille de quo suprascriptum est, natus et nutritus (200). Hic dudum Beato viro familiaritatis obsequio vinctus fuerat. Nam et *Romam* cum eodem comes individuus perrexerat (201), et ei humiliter cum caritate servierat. Qui de semetipso desperans — erat enim dolor vehementissimus (202) — ante viri Dei sepulcrum jacuit, et cum lacrimis priores ejus amicitias memorans, simul et subveniri sibi humiliter deprecans, paulisper dormitare cepit. Expergefactus a sopore virtutem sensit affuisse divinam, ob redditam sibi sospitatem. Unde letus effectus, quali pro munere, pretioso tapeto tumulum viri Dei cooperuit (203), et denuo ab ipsa qua tenebatur infirmitate illesus perseveravit.

Lectio VII.

Preterea non est silendum, sed diligenti memorie commendandum est quoniam, per Beati viri merita, multis, instinctu Demonum in amentiam versis, reddita [28 v] est male capte sobrietas mentis. Etenim quidam furibundus nomine DURANDUS de *Villatineosa* (204), que *Pontisarensi castro* proxima est, in vehiculo adducitur; qui ad temones ipsius vehiculi artissimis funibus undique ligatus, sic usque ad Beati viri sepulturam miserabundus trahitur. Sed videres miserum, sanguineos oculos horribiliter torquentem, dentibus frendentem, irremediabiliter clamantem, Deum et homines turpiter blasphemantem, aliena et inaudita loquentem, neminem recognoscentem, nichil penitus comedentem, nunquam vel modicum dormientem, semetipsum et accedentes ad se dentibus laniare volentem.

Lectio VIII. Hic nimirum Demonis (205) viribus usus, omni viro forcior erat, et ideo cum undique vinculis stringeretur, a fortissimis tamen viris ex omni parte tenebatur. Sed non diutius passa est Divina bonitas hominem ita miserabi-

(200) *Acta : enutritus.*

(201) Cet autre *Raimond*, marchand pontoisien, avait été le compagnon de voyage de saint Gautier à Rome. On verra plus loin que son commerce devait consister notamment dans la vente des objets d'ameublement et des marchandises orientales.

(202) *Acta : violentissimus.*

(203) Il est intéressant de relever cette mention d'un tapis précieux offert pour couvrir, en signe de vénération, la tombe d'un Saint.

(204) Villetaneuse, canton de St Denis (Seine).

(205) *Acta*: *demonii*.

liter Demoni (206) fraudibus subjacere, sed implorantibus cunctis qui aderant parentibus et vicinis Beati viri suffragium, homo sensum recepit sobrium. Unde omnibus ad hoc miraculum stupentibus, fecit se solvi; solutus comedit, servumque Beati viri deinceps fore devovit, et sic mantuetissime ad domum suam repedavit. *Fac finem.*

Proferamus in medium simile priori miraculum, quod Deus ad laudem et gloriam nominis sui operari dignatus est per Beati viri meritum. Quedam mulier de villa que dicitur *Settana* (207), nomine Stephana, culpis suis procul dubio [29] exigentibus, diabolica fraude sensum perdiderat. Cumque omnes quotquot se ei obiciebant morsibus beluinis discrepere cuperet; turpiterque, crine soluto, muliebrem sexum non considerans, per humum volutaretur, repente ad eam ab amicis concuritur; comprehenditur, cathenatur, modoque quo supradictus vir, ad Beati viri sepulturam perducitur. Horresco referens (208). Vidi eam proprii corporis crudelem laniatricem, dentibus propria membra carpere; interdum lacrimis faciem superfundere, subitoque, lacrimis adhuc superfusa facie, ridere, ita ut flens circumstantes flere faceret, ridensque omnes nichilominus ridere cogeret. Cumque his aliis hujuscemodi illusionibus fatigaretur, ceperunt ejus parentes et amici Viri Dei suffragia deposcere, quatinus mulieri sensus integer redderetur, et tumultuose ipsius voces tranquillarentur. Et ecce, recuperato sensu, cepit nomen Dei quod prius abhorrebat et blasphemabat, recognoscere, et cognoscens ab asserentibus (209) que egerat et que dixerat, admirata est; votoque vovens seipsam Sancti fore ancillam (210), perseverante incolumitate ad suam regressa est mansionem.

Item de pago *Belvacensi* quidam, pari modo vexatus, ducendus ad viri Dei sepulturam ligatur (211), sed repente ruptis nexibus, de manibus se tenentium excuciens, evasit. Cumque ab insequentibus nullo conatu posset capi, — erat enim supra quod credi possit non sua, sed maligni Spiritus virtute, agilis et fortis, — casu in burgum *Camblei* (212) dictum ingressus est, ibique [30] ab ipsis burgensibus captus, subsequentibus amicis est redditus. Et dum super asinum, pedibus sub ventre ipsius asini cathenatis, componeretur, manualibus repente ruptis

(206) *Acta: diaboli.*

(207) Stains, canton de St Denis.

(208) Souvenir de Virgile. On voit par ces continuelles réminiscences poétiques, que notre hagiographe était un lettré à qui les classiques de l'antiquité n'étaient pas moins familiers que les auteurs sacrés.

(209) *Acta: afferentibus.*

(210) *Acta: votoque se vovens Sancti se fore ancillam.*

(211) *Acta: ligatus.*

(212) *Acta*: *Cambly.* — Chambly-le-Haubergier, canton de Neuilly-en-Thelle (Oise).

nexibus, compatrem suum qui ei propior adstabat, pugno graviter in faciem percussit: et cum gravi omnium difficultate usque ad *ecclesiam Beati Martini*, in qua venerabile viri Dei corpus jacet, perductus est. Placuit autem conductoribus ejus, ut haud longe a monasterio (213) de asino deponeretur, et pede ad monasterium usque graderetur. Sed dum deponitur, rursus evadit, et cursum ad *Ysaram* tendens, ut in eam se precipitaret, Deo volente a famulis ecclesie anticipatur; captusque in monasterium cui, tanquam incendio, proximare timebat, tandem introducitur; ubi cum introduceretur, cujusdam monachi ecclesie nostre sacriste (214), ventrem pede graviter elisit. Quid plura? Parentes ejus et amici orant Beati viri suffragium quatinus ipsum dignaretur habere servum et ab ipso expelleret demonium. Cumque noctem in precibus ducerent insomnem, et homo minime a clamore cessaret, repente divino munere respectus, cepit paulisper dormitare, continuoque expergefactus, astantes sibi tranquilla voce convocavit, et que circa eum Divina pietas operata esset, manifestavit; confessusque peccata sua, vivifico corpori et sanguini nostre Redemptionis communicavit, et incolumis ad propria remeavit.

Multa essent narranda [30] que circa demoniosos facta sunt miracula, sed ob fastidium legentium devitandum, ad alia transeamus.

Adolescens quidam mutus (215), de villa *Asinarias* (216), Beati viri misericordiam imploraturus advenit: cumque cum aliis infirmus (217) ante viri Dei tumbam pernoctasset, die altera, que dominica habebatur, sacrista universos post missas exire cogente, hic solus de loco moveri non potuit. Tunc sacrista ei panem et caseum quatinus reficeretur, obtulit (218). At ille, nutibus quibus potuit ei satisfecit, se nullum prorsus accipere edulium, donec recipere mereretur eloquium. Itaque sacrista post prandium fratrum ostium apperiente, ecce occurrit ei adolescens, bene et discrete loquens, Dominum (219) et sanctissimum ejus Famulum benedicens. Subsequenti deinde sabbato, cum multo suorum vicinorum parentumque comitatu rediit, et vota sua pro dato sibi beneficio cum eisdem exsolvit (220).

(213) Ces deux mots sont omis dans les *Acta*.

(214) Ce sacristain est sans doute *Eudes*, qui exerça cet emploi sous Thibaut I, successeur de saint Gautier. (Cartulaire, nos XL et XLI).

(215) *Acta : natus.*

(216) *Acta: Asinaria*, que les éditeurs traduisent en note par « *Asnery, magna leuca distans à Pontisara.* » C'est une erreur. Il s'agit d'Asnières-sur-Oise, cant. de Luzarches.

(217) *Acta*: *infirmis.*

(218) Ce nouveau détail relatif au sacristain paraît bien un souvenir personnel du rédacteur.

(219) *Acta : Deum.*

(220) Ici les *Acta* commencent un second chapitre: *Caput II. Curantur varia hominum afflictorum membra.*

In eadem villa puer, cujusdam militis nomine Gosleni filius, gravi pustularum morbo per totum corpus tenebatur. Et quia nulla medicorum *arte curari potuit, persuasum est patri* ipsius quatinus puerum ad virtutiferam Beati viri sepulturam deferre faceret. Quod et factum est. Evolutis denique paucorum dierum curriculis, puer omni qua tenebatur morbi peste caruit, incolumisque duobus ecclesie nostre monachis in eandem villam occurrit. Cujus parentes eisdem monachis leti obviam processerunt, et per eosdem munus caritatis [30 v] monasterio nostro destinaverunt.

In castro *Gurnaio, quod in Normannie confinio* situm est, quidam manebat qui ita faciente (222) manum perdiderat, ut non dicam quippiam operis agere, sed nec ad os suum ducere posset. Erat autem hic sutor. Cumque, sicut consueverat, manibus suis laborando inopiam sublevare non valeret, et egeret, quadam die dolore simul et ira motus, sumpta dolabra, manum debilem super truncum ligneum posuit, ut eam abscideret. Quod cum fieri uxor ipsius videret, compescuit eum, dicens: « Non placeat Domino meo istud inconsulte et improvida precipitatione facere, nec injuriosum videatur consilium meum audire. Jam fama vulgante, Beati viri opinionem compertum est, quod in loco sepulture illius multa divinitus infirmis beneficia prestantur. Ideo que mihi salubre esse videtur, ad ipsum locum quantocius properare, et Sancti ipsius suffragium efflagitare. Non sunt magna vie et laboris subeunda discrimina; non magni sunt portandi sumptus in viam. Nil tibi id attemptare oberit, sed plurimum, Deo juvante, proderit ». His dictis adquiescit homo uxori sibi bene consulenti; et ut impleretur quod dictum est: « Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem, » (223) *Pontisarense* expetiit *cenobium*, in quo suffragantibus Beati viri meritis, fugata infirmitate, pristinum manus recepit officium, vite sue solatium. Gratulabundus itaque ramosam (224) cepit manum extendere, [31] et quasi laudendo dicere: « Gratias Deo et sancto Galterio refero, quoniam adhuc ista manu multas pelles (225) caprinas et bovinas consuam, juvanteque Deo laborabo, unde domus mee inopiam sublevabo. » Et hec dicens cepit abire. Et cum non longe esset, respiciens monasterium, cum gaudio remeavit, oblationemque suam super Sancti tumulum posuit. Hec iterum et tercio ex habundantia leticie, simili scemate perfecit.

* Les mots renfermés entre les deux étoiles, omis par le copiste Saint-Martinien et indispensables au texte, ont été rétablis en marge du manuscrit, d'une écriture contemporaine.

(221) Gournay-en-Bray, arr. de Neufchâtel-en-Bray (S.-Inf.).

(222) Ce mot est omis dans les *Acta*.

(223) Saint Paul (I Corinth. VII, 14).

(224) Mot omis par les *Acta*.

(225) Le texte porte *pellis*; mais la correction s'impose.

De villa *Avesnis* (226) que est in pago *Vilcassino*, faber quidam nomine Robertus, advectus est: qui miserabiliter ad utris instar, ventre ceterisque membris inflatione maligna protensis, mortem vicinam suspectus operiebatur. Hic continue resupinus jacens, in dextrum sive sinistrum latus vel modicum verti non patiebatur. Hujus — mira dicturus sum — nervi ita inflexibiles erant, ut neque sedere, neque genua curvare posset, et si quando necessitate compellente, de lecto levandus esset, more lignee vel lapidee imaginis, toto corpore inflexibili permanente, erigeretur. Sed et illud non celabo, licet quibusdam dictu turpe esse videatur, quoniam crebros per secessum sonitus emittebat, ut in quocumque loco esset, nullo modo se temperare valleret. Talibus incommodis affectus, ante venerabile Beati viri sepulcrum deponitur, obnixius deprecatur ut aut mors aut sospitas sibi daretur, ne diutius his doloribus torqueretur. [31 v] Et ecce patrocinantibus Beati viri meritis, cepit eger meliorari et paulatim ab ipsa inflatione relaxari; et non multo post, integerrime convalescens, liberatori suo pro concessa sibi sanitate gratias retulit.

Illud etiam silendum non est, quod quidam civis *Belvacensis* tanta morborum gravabatur anxietate, ut vix cibum sumere, vix dormiendo requiescere valens, de semetipso omnimodis desperaret. Hic cum virtutum Beati viri audiret opinionem, de Dei pietate confidens, et ultra vires suas presumens, baculoque languida membra sustentans, *Pontisaram* ducens cepit iter carpere, et quod sanus medie diei spatio potuisset peragere, vix eger septimo die transacto, potuit conficere. Veniens autem ante viri Dei sepulchrum, precum devotionem fideliter obtulit salutemque diu desideratam recepit, et letus ad propria discessit; iterque quod ut dictum est, infirmus vix septem diebus perficere potuit, nunc sanus uno, et ipso non integro, die confecit (227).

